UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Praxis Episcopalis

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Praxis Compendiosa De Visitatione, Avctore Paulo Salodio Ariminensi, I. V. D. Ecclesiæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-61608

Visual Library

# PRAXIS COMPENDIOSA DE VISITATIONE,

AVCTORE

*Paulo Salodio Ariminenſi, I. V. D. Eccleſiæ Maioris Mediolani Canon. Ordinario, & Protonotario Apoſtolico.*

Opus nunc primùm in Germania editum.

*Cum Duplici Indice.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ
Apud Antonium Boëtzerum.
ANNO M. DC. XX.
*Permiſſu ſuperiorum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imprimatur.

Frater Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor S. Officij pro Reuerendiſſimo Inquiſitore.

Al. Boſſius Canon. Ord. Theolog. pro Illuſtriſs. Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Exccellentiſſimo Senatu.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# *IN NOMINE SANCTÆ ET IN- diuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

OPuſculum hoc de Viſitatione, quod præcipuè ad vſum delegatorũ ab Ordinarijs Prouinciæ Mediolanen. elaboratum, atque confectum eſt, in quatuor partes principales diuiditur.

In prima præcipuè agitur de præparatorijs ad viſitationem.

In ſecunda de Viſitatione Materiali.

In tertia de Viſitatione Perſonali, & de Decretis conficiendis

In quarta de Viſitatione Monialium.

AVctores autem, ex quibus maximè collectum eſt, ſunt

Doct. in cap. 1. de cenſ. lib. 6.

S. Ant. in ſum. par. 3. tit. 21. c. 5. & 6. vbi & ipſe cõmentatus eſt d. c. 1.

Pauin. de Viſitatione qui & baculus Paſtoralis inſcribitur.

Petr. Suberti Epiſcopus S. Pauli, de cult. Vineæ.

Socin. de Viſitatione.

Fuſch. qui alijs vberius ſcripſit, de Viſitat.

Et plura ex Sac. Conc. Trid. & ex Conc. Prouinc. Mediolan. Et ex Inſtructio. Viſitat.

# INDEX

## Titulorum, ſiue Capitulorum

### PRIMAE PARTIS.


DE neceſſitate, & vtilitate Viſitationis. pag. 1.
De ſcopo Viſitationis. 2.
Viſitator qualis eſſe debeat. 3.
Quando, & quoties viſitandum ſit 4.
Quando quis dicatur viſitare. 5.
Quæ ante Viſitationem generalem agenda ſunt. 6.
Delegatio, & facultates Viſitatoris. 7.
Edictum de Viſitatione. 10.
De literis Paſtoralibus ad populum pro Viſitatione. 12.
Literæ monitoriæ, & excitatoriæ ad Vicarios foraneos. ibid.
Præparanda & ſecùm deferenda à Viſitatore. 13.
Præparanda à Præfecto Collegiatæ ſine cura animarum. 14.

II.

DE modo Viſitandi. 18.
Quæ concionando potiſſimum Viſitator docere populũ debeat. 22.

Quæ præcipuè videnda, & perquirenda in Viſitatione Materiali. 24.
Quæ potiſsimum à Viſitatore in Viſitatione Materiali præſtanda. 30.
De libris à Parocho conficiendis, & comparandis. 32.
De Legatis pijs. 36.
De Decimis, & primitijs. 37.
De alienationibus, & locationibus. 38.
De iure patronatus. 39.
De Vnionibus. 40.
De Fabrica Eccleſiæ generatim. 41.
Quæ ſubito exequenda. 42.
De Eccleſ. Conſtruct. 42.
Quæ vlterius præſtanda in beneficio vacanti. 46.

## III.

DE modo viſitandi perſonas. 47.
Quæ potiſsimum inquiréda de Canonicis, & Capitulo. 48.
Status perſonalis forma. 52.
Tabella erratorum, quæ in diuinis officijs obeundis coërcentur. 54.
Ratio pulſandi pro diuinis officijs. 56.
Quæ potiſsimum inquirenda de Parochis. 57.
Quæ præcipuè inquirenda à Par. in examine literarum. 59.
Inquirenda de Capellanis. 61.
De Cuſtodibus. 61.
De Clericis. 62.
De Clero Materiali. 62.
Aduertenda circa Inſtrumenta Ordinum. 64.
Circa obtinentes beneficia. 65.
Circa obtinentes penſionem. 67.
Inquirenda de Regularibus. ibid.
Quoad Confratres. 68.
Quoad Adminiſtratores locorum piorum. 69.
Quoad Notarios. 70.
Quoad Ludi magiſtros 71
Quoad Bibliopolas, & Impreſſores. ibid.
Inquirenda præcipuè quoad populum in genere. 72.
Quæ à Viſitatore poſt inquiſitionem maximè præſtanda, præſertim in correctione facienda. 73.
De cauſis expediendis, vel remittendis. 82.
Formulæ in Viſitatione magis neceſſariæ. 82.
De Decretis conficiendis. 87.

## IIII.

DElegatio, & facultates Viſitatoris Monialium. 90.
Præparanda à Præfecta Monialium pro Viſitatione. 91.
De modo viſitandi Moniales. 92.
De viſitatione perſonali. ibid.
Status generalis Monialium. 93.
Status perſonalis forma. 99.
De Viſitatione locali. 100.
Status Materialis deſcriptio. 101.
Quæ à Viſitatore potiſsimum præſtanda poſt Viſitationem, maximè autem in correctione facienda. 102.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX MATERIARVM.

## A

ABBAS, vbi Monaſterium animarum curam habet, ratione Viſitationis populi ad procurationem tenetur. pag. 21.
Abbatiſſa quomodo eligenda. pag. 210.
Abbatiſſa clauſuram violari, aut in Monaſterio ſæcularem pernoctare permittens, eſt excommunicata, aliiſq; pœnis afficienda eſt. 103. & ſeq.
Abbatiſſa negligens in adminiſtratione ab officio eſt ſuſpendenda. 104.
Abbatiſſa pluribus ex cauſis officio priuatur, vel ab ipſo ſuſpenditur. ibid.
De Abbatiſſæ adminiſtratione, quæ inquirenda. 98.
Abſens quis dicatur ratione reſidentiæ. 75.
Abſens cauſa ſtudij, quando fructus Prabendæ percipiat. 48.
Abſens etiam ex iuſta cauſa ſi pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ vocatus non paruerit, puniendus eſt. 75.
Abuſus frequentiores in populo qui. 23.
Abuſus præcipuè in ſolemnitatibus, & feſtis proprijs tollendi, & quomodo. 32.
Actus Viſitationis dicuntur illi, qui fiunt in loco viſitato. 6.
Adminiſtratoris loci pij adminiſtrationem, & curam negligentis pœna. 81.
Mutuantis pecuniam loci. 80.
Et Præfecti in id conſentientis. 81.
De Adminiſtratoribus locorum piorum, quæ inquirenda. 69.
In admonitionibus quomodo procedendum. 47.
Circa ædes Parochiales, & Canonicales, quæ inquirenda. 29.
In alienatione bonorum Eccleſiaſticorũ requiruntur cauſa, & ſolemnitas. 39.
Alienantis bona Eccleſiæ abſque facultate pœna. 79.
Altaria vndique obſtruenda ita, vt in iis nullum foramen ſit. 45.
Quando amouenda. 41.
Altaris amotione Eccleſia iterum eſt cõſecranda. 31.
Altaris maioris forma. 44.
Ab eius intimo ſpatio ad Cancellos ſpatium. ibid.
Et quæ circa ipſum inquirenda. 27.
Altarium minorum forma, & materia. 45.

Vbi extruenda. ibid.
Et quando integumento operienda. ibid.
Et quæ de ipſis requirenda. 45.
Annus, intra quem Parochus promoueri debeat, quando incipiat. 76.
Anno nondum perfectè elapſo Parochus non promotus, non poteſt declarari priuatus beneficio. ibid.
Aſcriptus alicui Eccleſiæ abſens ad Eccleſiam reuocari poteſt. 75.
Circa Archiuium quæ inquirenda. 29.
Atrium, porticus, vel ſaltem vertibulum in Parochialibus requiritur. 28.
Et quæ circa Atrium inquirenda. ibid.

B

BAptiſterium in qualibet Parochiali ſit. 46.
Baptiſterium qualiter viſitandum. 21.
Et quæ circa ipſum inquirenda. 25.
Baptizandum infantem ad Eccleſiam tempore præſcripto non deferentis pœna. 81.
Benedictionem in Matrimonio procraſtinantis pœna. 80.
Beneficium per vnionem dicitur ſuppreſſum. 41.
Et amplius vacare non poteſt. ibid.
Neque etiam poteſt permutari. ibid.
Beneficium an, & quando abſque declaratione impetrari poſsit, quando vnio fuit nulla. ibid.
Circa beneficia obtinentes, quæ aduertenda. 65.
Circa beneficia vacantia, quæ præſtanda. 46. & 47.
De Bibliopolis inquirenda. 71.
Bibliotheca in Collegiatis eſſe debet. 51.
Bibliothecam amplam in Canonica Metropolitana Mediolanen. conſtrui curauit Carolus Cardinalis Sanctæ Praxedis. ibid.
Circa Bibliothecam quæ inquirenda. 29.
Blaſphemi pœna. 77.
Bona Eccleſiaſtica an legitime alienata, vel locata ſint, diligenter inquirendum eſt. 38.
Conſanguineis, Patronis, & ijs, qui beneficium ceſſerunt, non locanda, & quādo. 39.
Bona Eccleſiaſtica detinens etiam titulo permutationis abſque legitima facultate compellendus eſt ad reſtitutionem etiam fructuum. ibid.
In bonorum Eccleſiaſticorum alienatione duo requiruntur, cauſa, videlicet, & ſolemnitas. ibid.
Bradellæ Altaris maioris forma. 44.
Altaris minoris. 45.

C

CAducitatem remittentis non ſeruatis ſeruandis pœna. 79.
Calumniatoris pœna. 78.
De Campanili, quæ inquirenda. 27.
Canonica purgatio concubinario quando indicenda. 77.
De Canonicis, quæ à Viſitatore inquirenda. 48. & ſeq.
Canonici, alteriuſuè Clerici non intereſſentis concioni pœna. 80.
Capellæ maioris forma, ſitus, & pauimētum. 44.
Et quæ circa ipſam inquirenda. 26.
Capellæ minoris forma. 45.
Capellæ minores conformes. ibid.

Vbi

Vbi non permittenda. ibid.
Et quæ de ipſis inquirenda. 27.
De Capellanis quæ inquirenda. 61.
Carolus Card. S. Praxedis Paſtorum exemplar, ac Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtitutor. 10.
Libros ſuos Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ legauit, amplamq; Bibliothecã in canonica conſtrui curauit. 51.
Cartula clanculo contra Parochum oblatæ non paſſim recipiendæ, niſi contra infamatum. 48.
Cauſæ à Viſitatore quæ, & quibus remittendæ. 82.
Celebrantis, an celerbare permittentis abſque legitima facultate pœna. 81.
Circa ceſſionem beneficij, quæ inquirenda. 66.
Chorus qualis. 44.
Clathra ferrea in capellis. 46.
Circa clauſuram Monialium quæ inquirenda. 94.
Clauus pro birreto celebrantis appendẽdo. 45.
Clemens VIII. Pontifex Max. laudatur. 13.
De Clero in generali inquirenda. 62.
Clerici recipientis canonem abſque inſtrumento publico cum deſcriptione bonorum pœna. 79.
Clerici defuncti bona ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem pertinentia ſurripientis pœna. 81.
Circa cœmeterium quæ inquirenda. 28.
Collatio de Canonicatu, licet beneficium ſit clericatus tenet. 65.
Commeſſationes diebus feſtis tollendæ. 32.
Concionator ſecundum qualitatem populi, atque Eccleſiæ neceſſitates concionari debet. 22.
Concionis tempore ab Eccleſia diſcedentis pœna. 80.
Concubinarij pœna. 77.
Concubinarius non eſt cogendus iurare relinquere concubinam, quando de eius incontinentia dubitatur. ibid.
Concubinario purgatio canonica quando indicenda. ibid.
Conditio caſu deficiens, quando in legatis pijs pro impleta habeatur. 37.
Confeſſiones audientis ſine facultate pœna. 81.
Circa confeſſionale quæ inquirenda. 28.
Confidentia quando præſumatur. 66.
Confratris contumacis pœna. 81.
De Confratribus inquirenda. 63.
Congregationes aſſiduæ ante Viſitationem. 6.
Conſuetudinis transgreſſores tanquam legis tranſgreſſores puniendi ſunt 31.
Conſuetudo dubia non eſt quaſi conſuetudo obſeruanda. ibid.
Et irrationabilis potius corruptela, quã conſuetudo dicitur. ibid.
Eccleſiæ onerosa remouenda. ibid.
Circa conſuetudines, & ritus quæ perquirenda. ibid.
Contentioſi contumacis pœna. 78.
Coronix lignea altaris qualis. 46.
Corporalia quando dilanianda. 42.
Correctio qualiter facienda. 73.
Correctio immoderata facit deteriorẽ; moderata verò gignit amorem. ibid.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Crucifixus in quacunque Eccleſia, & vbi collocandus. 44.
De Cuſtodibus inquirenda. 61.

## D

DEcimæ de iure diuino debentur. 37.
Ab omnibus ſoluendæ ſunt, & quando. 38.
Eaſq; ſubtrahentium, earumuè ſolutionem impedientium pœna. ibid.
Eas autem non ſoluentium nomina in tabellā in ſacriſtia referenda. ibid.
Decimæ ex noualibus Parocho debentur, & quando. ibid.
Decimarum Eccleſiaſticarum inueſtitura Laicis in perpetuum facta diligenter recognoſcendæ. ibid.
Decretum Sac. Conc. Trid. de ſolutione decimarum quando publicandum. ibid.
Decreta à Viſitatore quando, & qualiter facienda. 86.
Quando publicanda. 89.
In librum referenda, atque ſubſcribenda. ibid.
Decreta pro Monialibus circa quæ præcipuè conficienda. 103.
Dedicationis dies feſtus eſſe debet, & vbi de die certo non conſtat, certus ſtatuendus eſt. 31.
Defraudantes legata pia excommunicandi ſunt; & ſi pro defunctis, de fide futuræ reſurrectionis titubare præſumuntur. 37.
Delegatio Viſitatoris. 7.
Delegatio Viſitatoris Monialium. 90.
Delegatio vnius, vel plurium Sacerdotum ad oppida frequentiora ante Viſitationem. 6.
Delegatus Viſitator quomodo à Viſitando recipiendus. 20.
Quos ſecum ducere debet. 19.
Quo ordine viſitare debet. 20.
Denunciationes in Matrimonio procraſtinantis pœna. 80.
Detractoris pœna. 78.
A Dignioribus in Viſitatione inchoandum. 47.
Dignitate præſtantiores cæteris honeſtate, & moribus præcedere debent. 53.
De dignitatem habentibus, quæ præcipuè inquirenda. ibid.
Diœceſis latitudo eſt iuſta cauſa, vt Prælatus per alium viſitare poſſit. 7.
Diſtributionum quotidianarū ſupputatio quomodo facienda. 53.
Doctrinæ Chriſtianæ ſchola inſtituenda, & exercenda à Parocho. 59.
Item exercenda à Capellanis, & ab alijs beneficiatis. 61. & à Clericis. 62. & non exercentis pœna. 80.
Exercenda etiam à Monialibus. 93.
Item in locis pijs inſtituenda, atque exercenda. 69.

## E

ECcleſia pauper non tenetur ad procurationem. 21.
Quando dicatur pauper. ibid.
Eccleſiæ forma, & quæ magis probata. 42.
Eccleſiæ inſtaurandæ, & quibus medijs. 41.
Labētes, quæ inſtaurari non poſſunt, profanandæ ſunt. 41.
Sicut etiam quæ in locis periculoſis ſunt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tanquam ſpeluncæ latronum. 42.
Eccleſiæ prophanatæ lapides, &c. matrici applicand. 41.
Eccleſia quando præſumatur fabricata conſenſu Epiſcopi. 30.
Circa Eccleſiam, quæ inquirenda. 26.
Eccleſiaſtici aliorum exemplar. 2.
Ab Eccleſiaſticis ferè omnia bona, & mala ſcaturiunt. 2.
Edictum de Viſitatione. 10.
Per menſem ante proponendum, affigendum, ac publicandum, vbi, & quando. 12.
Electio Officialium Monialium quomodo fiat. 93.
Epiſcopus tenetur viſitare ſuam Diœceſim. 1.
Et ſi ipſe non poteſt, debet per alium. ibid.
Et non viſitans peccat mortaliter, etiam partem tantum notabilem omittens. ibid.
Ante Cleri viſitationem ſe, & ſuam familiam viſitare debet. 18.
Quas Eccleſias, Capellas, loca & perſonas viſitare poteſt ibid.
Quando, & quoties viſitare debeat. 4.
Et quo Ordine. 18.
Quas perſonas ſecum aſſumere debeat. 19.
Ne viſitando in aliqua Eccleſia nimis immoretur. ibid.
Poteſt recipere procurationem, licet Eccleſia viſitata Epiſcopatui contigua ſit, & ſi ad prandium domum redierit. ibid.
Pauperes Eccleſias ſuis ſumptibus viſitare tenetur. ibid.
Epiſcopus exiens per oppida, vt tantum Confirmationis Sacramentum conferat, quomodo dicatur viſitare. 5.
Epiſcopus debet prouidere Viſitatoribus neceſſaria, procuratione excepta. 19.
Epiſcopus tenetur de exceſsibus Viſitatoris. 4.
Epiſcopus in Viſitatione, vt ſibi tamquam capiti omnia reformanda ſignificent, præcipere poteſt etiam in virtute ſanctæ obedientiæ. 47.
Epiſcopi conſenſus requiritur in tranſlatione Iuriſpatronatus. 40.
Erratorum tabella. 54.
Eucharistiæ Sanctiſsimum Sacramentum qualiter viſitandum. 20.
Et quæ circa ipſum inquirenda. 24.
Incautè dimittentis pœna. 52.
Executio vltimæ voluntatis, quando ad Epiſcopum, vel ad hæredem ſpectet. 37.
Et quando deuoluatur ad Epiſcopum. ibid.
Exequenda ſtatim quæ. 42.

## F

Circa Fabricam Eccleſiæ, quæ inquirenda. 28.
Et quæ præſtanda. 41.
Facultas veniæ occaſionem præbet peccandi. 52.
Facultates Viſitatoris delegati. 7.
Pro Monialibus. 90.
Feneſtra Eccleſiæ vbi, & qualiter conſtruendæ, & quomodo muniendæ. 43 & ſeq.
Circa feneſtras Eccleſiæ quæ inquirenda. 27.
Feneſtella pro vrceolis, quales & vbi. 45.

Feſta pro nominis Dei ſanctificatione ſunt introducta. 32.
Et quomodo abuſus in eis tollendi ibid.
Feſti dies peculiares in librum Parochialem referendi. ibid.
Feſtos dies violantis. 80.
Fidei profeſſio à Viſitatore recipienda. ibid.
Et renitentes puniendi, & quomodo. ibid.
Negligentis emittere profeſſionem pœna. ibid.
Forma præſcripta diligenter ſeruanda. 19.
Formulæ variæ. 82.
Formulæ aliæ. 34.
Fornicatio quomodo probetur. 77.
Fructus medij temporis in Legatis pijs, cui debeantur. 37.
Circa funeralia, quæ requirenda. 63.
Et peccantis pœna. 80.

G

GRadus ſcalæ impares. 43.
Quales. 44.
Gradus Altaris maioris quot, & quales. ibid.

H

HAbitum non induens pro ratione ordinis, & temporis præſcriptum habetur pro abſente in Choro 54.
Habitum talarem non deferentis pœna. 74.
Hebdomadarius, qui officium ſuum non præſtiterit, quomodo puniendus. 54.
Honeſtas Eccleſiaſticis maximè neceſſaria. 77.
Ad Horas Diuinas quando pulſand. 56.
Horas Canonicas non recitantes quomodo puniendi. 76.
Circa Hoſpitalia quæ perquirenda. 69.

I

IGnarus Sacerdos quomodo puniendus. 74.
Impotentia perſonalis non excuſat Ordinarium à Viſitatoris munere. 1.
Impenſæ circa Eccleſiam ad quem ſpectant. 86. cum ſeq.
De Impreſſoribus inquirenda. 71.
Incendiarij pœna. 81.
Index Cleri imprimis videndus in Viſitatione perſonali. 48.
Circa indulgentias ſacras quæ aduertenda. 31.
Infirmus, quando, & quomodo participet de diſtributionibus quotidianis. 54.
Inquiſitio ſingulatim facta vtilius procedit. 47.
Inſtrumentum alienationis, locationiſuè bonorum Eccleſiaſticorum per Procuratorem factum, quando reſcindendum, vel declarandum nullum. 39.
Interpretatio ſtrictè facienda eſt in materia fictæ intereſſentiæ in Choro. 6.
Ioan Baptiſta Caſtellius Epiſcopus Ariminen. laudatur. 15.
Iuramentum quando Viſitator exigere poſſit. 47.
Iuſpatronatus quomodo conſtituatur. 39.
Quomodo probetur. 40.
Et quando transferatur ex tranſlatione Eccleſiæ. ibid.
In iuriſpatronatus tranſlatione quando, & quare requiratur conſenſus Epiſcopi. ibid.
Ius viſitandi, neque remitti, neque præſcribi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcribi poteſt. 1.

L

LAmpas ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & quæ circa eam inquirenda. 25.
Legatum pro Titia nuptui tradenda quando per eius obitum expiret. 37.
Legatum, quando augendum, vbi pro oneris ſatisfactione non ſufficit. 36.
Legata pia defraudantes excommunicandi ſunt, & ſi pro defunctis, de fide futuræ reſurrectionis titubare videntur. 37.
Legatorum piorum debitores in tabella in Sacriſtia deſcribendi. 36.
In legatu generaliter factis ad pias cauſas debetur melius. ibid.
Libertatem Eccleſiaſticam violantis pœna. 81.
Libertas Eccleſiaſtica in quibus conſiſtat. ibid.
Libri à Parochis conficiendi. 32.
Et comparandi. 35.
Libri Baptiſmorum, & Matrimoniorum quando probent. 33
Libri Eccleſiæ diligenter cuſtodiendi. 32.
Et quando amplius vſui eſſe non poſſunt, comburendi ibid.
Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos. 12.
Literæ Paſtorales de Viſitatione ad populum. ibid.
Quando à Parocho populo recitandæ ibid.
Circa locationem bonorum Eccleſiaſticorum, quæ videnda. 39.
Locantis bona Eccleſiæ conſanguineis, patronis, vel ijs, qui beneficium ceſſerunt pœna. 79.
Vel abſque inſtrumento. ibid.

M

DE Magiſtris inquirenda. 71.
Maledici pœna. 78.
Memorialia ſecreta. 82.
Menſa Altaris conſecranda qualis. 46.
Menſa Viſitatoris qualis. 82.
Miſericordia in dubio præualere debet. 73.
Miſſa in Viſitatione celebranda, quæ & qua hora. 20.
In Miſſa noua abuſum committentis, pœna. 80.
Miſſus ad audiendas confeſſiones non dicitur viſitare. 5.
Moderata correctio gignit amorem. 73.
Moniales quomodo viſitandæ. 91.
Monialium ſtatus. 95. & pœnæ.
Monialium viſitatio ſingulis annis neceſſaria. 1.
De Monialibus præcipuè inquirenda. 93.
De Monte pietatis inquirenda. 70.
Mulierem ſuſpectam domi retinens publici, dicitur conuictus. 57.
Et licet non ſit ſuſpecta, ſi abſq; facultate, punitur, & qualiter. 77.
Munera à Viſitatore, ab eiuſque familia minime recipienda. 82.
Murmuratoris pœna. 78.

N

NEgligens viſitare mortaliter peccat, etiamſi partem tantum notabilem omitteret. 1.
Negligentis bona Eccleſiæ pœna. 79.
Conficere Inuentarium. 79. ſatisfacere oneribus ſui beneficij. 78.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Negotiatoris Eccleſiaſtici pœna. ibidem.

Notarius ſi Viſitator perperam ſe gerit, ſuperiori id propalare debet. 4.

Notarius non denuncians legata pia ad præſcriptum puniendus eſt. 36.

Notarij conficientis inſtrumentum vſurarium pœna. 78.

De Notarijs inueſtiganda. 70.

Notorium quando dicatur. 74.


## O


Officium Diuinum non recitantis pœna. 76.

Ab eius recitatione infirmitas quando excuſet. ibid.

Officium omittere. ibid.

Olea Sacra qualiter viſitanda. 21.

Et quæ circa ipſa inquirenda. 26.

Onera beneficiorum diligenter cognoſcenda, & vt illis ſatisfiat, curandum eſt. 21.

Oratio Quadraginta horarum ante Viſitationem habenda. 6.

Ordinarius poteſt eodem anno viſitare, licet delegatus à Papa, vel inferior viſitauerit. 4.

Ordo cap. 1. de cenſib. lib. 6. in Epiſcopo non eſt ſubſtantialis. 18.

Circa Ordinum inſtrumenta, quæ animaduertenda. 64.

Ad Ordines malè promotorum pœna. 6.

Ordines minores exercentibus ſtipendia aſſignanda. 63.

Ordinum minorum functiones exercenda per conſtitutos in illis ordinibus. ibid.

Circa organum, quæ inquirenda. 27.

De oſtijs Eccleſiæ quæ inquirenda. ibidem.


## P


Parites vbi pingendi. 45.

Circa Parochiam, quæ præcipuè inquirenda. 29.

Parochi ſtatus quomodo conficiendus. 58.

De Parocho, quæ præcipuè inquirenda. 57.

Parochus, de quibus examinandus quoad ſcientiam. 59.

Parochus à Parochiali abſens qualiter puniendus. 75.

Et quando fidelium confeſſiones frequẽtiores ſunt. ibid.

Parocho etiam legitimè abſente, Vicinus pro tempore abſentiæ conſtituendus. ibid.

Parochus nõ promotus infra annũ, quando priuatus ſit. ibid.

Parochi non deferentis ad Epiſcopum loca pia ſuæ parochiæ ab adminiſtratoribus neglecta pœna. 81.

Parochi, & Eccleſiæ parochialis neceſſitati ſuccurrere renitentis pœna. 81.

Patroni, quando iure patronatus ſunt priuati. 39.

Patronis bona iuſpatronatus minimè locanda. ibid.

Pauimentum Eccleſiæ quale. 43.

Capellæ maioris. 44.

Capellæ minoris. 45.

Circa penſionem obtinentes quæ inquirenda. 67.

Periurij occaſio tollenda. 31.

Periuri in iudicio cleri pœna. 77.

Permutatio beneficij facta cum in dignitate Eccleſiaſtica exiſtenti, hoc ſummo Pontifici non narrato, nõ valet. 66.

Ad permutationem irritandam ſufficit inæqualitas beneficiorum, ſi alia coniectu-

ſecturæ concurrant. ibid.
In permutatione beneficiorum notabilis inæqualitas præſumptionem Simoniæ arguit. ibid.
In pijs cauſis conſideratur tantum ius Diuinum, & ius naturale. 36.
Circa pia loca quæ inueſtiganda. 69.
Pœna quando augenda, vel minuenda. 74.
Populus quando dicatur teſtis. ibid.
Præcipitatio ad condemnandum eſt maxima iniuſtitia. 52.
Præfectus Chori vbi non eſt, conſtituendus eſt. 53.
Præparanda à Viſitatore. 13.
A Præfecto Collegiatæ. 14.
A Parocho, & ab alijs. 16. & 17.
Præſentationis admiſsio poteſt fieri poſt tempus præſcriptum. 39.
Priuilegia plura ſublata in Concil. Trid. 31.
Priuilegium reſtringitur ad cauſam eius limitatam. ibid.
Circa priuilegia quæ conſideranda. ibid.
Procuratio neque remitti, neque præſcribi poteſt. 2.
Et datur in ſignum ſubiectionis. 19.
Procuratio debetur pluribus diebus, ſi vnica die viſitatio expedire non poteſt. 21.
Procurandus non eſt iterans viſitationem eodem anno ſine cauſa. 4.
Proprietariæ Monialis pœna. 103.
Punctator conſtituendus. 53.
Purificatoria quando dilanianda. 42.

Q

Quando, & quoties viſitandum. 4.
Quando quis viſitare dicatur. 5.
Qui multum emungit, elicit ſanguinem. 73.

R

Ratio pulſandi pro officijs Diuinis. 56.
Recipientis condemnatos, & facinoroſos pœna. 80.
Recognoſcentibus defectum ſuum, & ſponte ſe humiliantibus quando miſerendum. 73.
Rectores non denunciantes legata pia puniendi. 36.
Regulæ plures obſeruantiæ in correctione. 73.
De Regularibus quæ inquirenda. 67.
In reiteratione Viſitatoris à quibus incipiantur. 4.
Reliquiæ Sacræ quomodo viſitandæ. 12.
Et circa ipſas quæ inquirenda. 25.
Et quæ præſtanda. 31.
Non reſidentis pœna. 74.

S

Sacerdos ignarus quomodo puniendus. 74.
In Sacramentorum adminiſtratione aliquid exigentis pœna. 80.
De Sacrario quæ inquirenda. 25.
Circa Sacriſtam quæ inueſtiganda. 82.
Scala Eccleſiæ qualis. 43.
Scopus Viſitationis quis. 2.
Sedens in loco maioris in vltimo loco conſtituendus eſt. 78.
Seminarium quando, & quoties viſitandum. 18.
Sequeſtrum quando concedendum. 87.
Silentium, ſolitudo, & viſitatio diu congrega-

gregationem Carthuſianam, in ſuo rigore conſeruauerunt. 2.
Simonia variè committitur. 76.
Qualiter probetur. ibid.
Simoniaci pœna. ibid.
Status perſonalis forma. 52.
Circa ſtatuta Eccleſiæ quæ videnda. 31.
Stola ex veſte benedicta confecta, benedicenda eſt. 42.
De ſuggeſt o quæ inquirenda. 27.
Summus rigor non emendationem: ſed deſperationem, & odium inducit. 73.
Suppellex Eccleſiaſtica quæ requiratur. 32.
Per Manus Laicorum minime contrectanda. ibid.
Quæ amplius vſui Eccleſiaſtico eſſe non poteſt, comburenda. ibid.
Suppellectilem Eccleſiaſticam prophanis, vel ad vſum prophanum commodantis pœna. 80.
Circa ſuppellectilem Eccleſiaſticam, quæ inſpicienda. 32.
Supputatio diſtributionum quomodo facienda. 53.
Suſpenſus à perceptione fructuum tenetur nihilominus officijs Diuinis intereſſe, 48.

T

Tabella erratorum. 54.
Tabernaculum quale, vbi, & quomodo collocandum. 24.
Tecta Eccleſiæ. 43.
Telare Altaris. 46.
Tempus immemorabile. 39.
Teſtes in libris publicis Parochialibus deſcribendi. 33.
Teſtificationes ex libris Parochialibus quando faciendæ. ibid.
Tintinnabulum pro eleuatione Sanctiſſimi Sacramenti quale, & vbi. 46.
Tranſlati ad aliam Eccleſiam, qui libros Parochiales ſucceſſori non dedit pœna. 80.
Tripudia diebus feſtis tollenda. 32.

V

Vagabundus poteſt beneficio priuari. 75.
Venatoris Sacerdotis, & Diaconi pœna. 78.
Venditio fructuum nondum à ſolo ſeparatorum, non dilata in id tempus ſolutione eſt nulla. 38.
Viſitare quando quis dicatur. 5.
Viſitare negligens mortaliter peccat. 1.
Viſitatio maxime neceſſaria. ibid.
Et vtiliſſima pag. 1.
Ab Epiſcopo per ſe, & per alium facienda. ibid.
Quotannis, & quando. 4.
Non iteranda eodem anno ſine cauſa. 8.
Abſq; Miſſæ ſacrificio non facienda. 20.
Neque ex improuiſo. 12.
Viſitatio remiſſe facta cortex viſitationis dicitur. 3.
Et ex illa multa mala procedunt. ibid.
Sicut ex diligenti, & iuſta, multa bona. ibid.
Viſitationis omiſſio fuit vna ex cauſis exterminij Religionis Germaniæ. 2.
Viſitationis actus dicuntur illi qui fiunt in loco viſitato. 6.
Ante viſitationem quæ agenda. ibid.
Viſitans tres, & quatuor Eccleſias in die redarguitur. 3.

Viſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Viſitans Cathedralem, vel Collegiatam in Capitulo prius ſermonem habeat. 47.
Viſitator qualis eſſe debeat. 3.
Medici amici, & Paſtoris perſonas ſuſtinet. ibid.
Quot præcipuè curare debeat. 2.
Non quæ ſua ſed quæ Chriſti ſunt, quærere debet. 3.
Non debet in principio anni viſitare, quæ in fine anni viſitata ſunt. 4.
Caueat, ne aliquid publicè contra Eccleſiaſticos dicat. 48.
Neue animi perturbationem ſignis demonſtret. ibid.
Ne ſit facilis ad credendum, neque ad condemnandum, neque ad indulgendum. 52.
Ne munera accipiat, neque à ſuis accipi permittat. 82.
Viſitator quomodo de vita, & moribus Clericorum, & Laicorum inquirere poßit. 47.
Quando poßit cogere etiam per cenſuras ad veritatem dicendam. ibid.
A quibus præcipuè de ſtatu generali Eccleſiæ, atque de alijs Eccleſiaſticis inquirere debeat. 52.
A quibus de Monialibus. 93.
Quæ de Canonicis inquirere debeat. 48. & ſeq.
Quæ de Parochis. 57.
Quæ de Cappellanis. 61.
Quæ de Cuſtodibus. ibid.
Quæ de Clericis. 62.
Quæ inquirenda de Clero generali. ibid.
Quæ de Regularibus. 67.
Quæ de Confratribus. 68.
Quæ de locorum piorum adminiſtratoribus. 69.
Quæ de Notarijs. 70.
Quæ de Ludi Magiſtris. 71.
Quæ de Bibliopolis, & Impreſſoribus. 71.
Quæ de Populo. 72.
Viſitator quomodo, & quando concionari debeat. 20.
Et quæ. 22.
Viſitator ante concionem de frequentioribus populi abuſibus ſe informare debet. 20.
Viſitator vnicuique Eccleſiaſtico exercitationes ſtudiorum præſcribat. 36.
Illis, qui legata pia præſtare, exequiue debent, certum terminum conſtituat. ibid.
Pias teſtatorum voluntates ſuſtineri curet. ibid.
Curet etiam in beneficio vacanti, vt oneribus ſatisfiat. 47.
Et vbi opus eſt, depoſitarium deputet. ibid.
Præfectum Chori, & Punctatorem inſtituat. 53.
Etiam à prandio meditationi, aut ſacræ lectioni incumbat. 21.
Viſitator quomodo procedat, vbi non eſt tanta infamia, per quam ad ſolemnē peruenire poßit; & contra. 74.
Viſitator in correctione facienda, ſicut in cæteris extrema cauere debet. 73.
Et vbi ſperatur emendatio, in Eccleſiaſticis peccata, præſertim carnalia velare debet, quantum poteſt. 74.
Viſitatores Ordinarij qui ſint, & quare tot. 2.
Viſitatori quid initio viſitationis agendum. 18.
Quid, vbi à prandio ad locum viſitandum peruenerit. 21.

Quid

Quid in beneficio vacanti. 47.
Viſitatoris menſa qualis. 82.
Viſitatus honorificè Viſitatorem recipere debet. 20.
Vnio tribus modis fit. 40.
Quæ ad eius validitatem requiruntur. ibid.
Quando, & quomodo reuocetur. 41.
Vnio à Vicario generali fieri non poteſt. 40.
Vnio facta beneficijs Iuriſpatronatus à 40. annis citra Concil. Trid. quando ſit nulla. ibid.
Monaſterio facta, an, & quando Eccleſiam vnitam ab Epiſcopi iuriſdictione eximat. ibid.
Vnionem factam ſupra 40. annos prætendens, ipſam oſtendere debet. ibid.
Vniones ſunt odioſæ. 41.
Et facilè reuocantur. ibid.
Vniones à 40. annis citrà Conc. Triden. diligenter examinandæ. ibid.
Voluntatis vltimæ commutatio, quando fieri poſsit. 37.
Voluntas teſtatoris infrà annum executioni mandanda eſt, & quando. 36.
Vſurarius manifeſtus ad reſtitutionem etiam cenſuris cogendus; niſi omnino pauper ſit. 78.
Vſurarij pœna. ibid.

Finis Indicis.

PRA-

# PRAXIS COMPENDIOSA DE VISITATIONE.

## CAPVT I.

### De neceſſitate & vtilitate Viſitatoris.

c. Epiſcopum 10.q.1. Conc. Trid. ſeſſ.24.c.3.cum ſimil. Soc. de Viſit. nu. 1. & num.7. dic. Epiſcopum, & d. c. 3. & c.ſi Epiſc. de off. ord. lib. 6. Conc. Prou. 1. & 4.eod. c. decernimus. 10. q. 1. c.cauendũ10.q.3

VISITATIO totius ſuæ Diœceſis ab Epiſcopis neceſſario ac omnino facienda eſt: quod adeò verum eſt, vt neq; perſonalis impotentia excuſet: nam eo caſu Epiſcopus per aliũ hoc munus adimplere debet: Et non tantum neceſſaria, verùm etiam maximè neceſſaria, ac plenè debita Viſitatio dicitur: Et ratio eſt, nõ ſolùm, quia ita ſacris Canonibus, & Concilijs iuſſum, & conſuetudine introductum eſt; ſed & quia aliàs Epiſcopus eorum, quæ ad officium ſuum ſpectant, cognitionem habere, & per conſequens illi ſatisfacere minime poteſt: & etiam, quia contra charitatem facit, ſubditos ſaluberrimis viſitationis fructibus defraudans. Hinc eſt, quòd mortaliter, atque grauiſsimè peccat Epiſcopus, qui in hoc munere negligens eſt; & non ſolùm mortaliter peccat, quando totius Diœceſis viſitationẽ; verùm etiam, quando eius, ſaltem notabilem partem negligit, vt viſitationem Monialium: non enim tantùm viſitare, ſed totam Diœceſim plenè viſitare tenetur: & plenè intelligo, non ſolùm ratione loci, *vt in Conſtitutione Innoc. 4.* habetur; ſed etiam ratione actionis per ea, quæ infrà in capitulo proxime ſequẽti dicemus.

Pauin. de Viſit. p.4.q.10.

Soc. n.7. Fuſch. de Viſit. lib.1.c.1. num. 11. & alij in Cle. 2. de ſtat. Mon.

Soc. nu. 7. c.1. de conſ. lib. 6.

Hinc etiam eſt, quod ius viſitandi, neque remitti, neque præſcribi poteſt, & ne viſitatio prætermittatur, neque procuratio.

c. cũ ex officij de præſcrip. Socin. nu. 17. cum ſeq.

Vtilis autem admodum, imò vtiliſſima eſt viſitatio: nam in ijs, quę ad familiæ gubernationem, ac regimen ſpectãt, vtilitatem maximam domini præſentia, ac viſitatio præſtat: Vnde interrogatus Pindarus, quæ fruges maximè pinguefacerent equum, oculus inquit domini: quod autem ſterquilinium agrum plu-

Philoſ. 1. œconom. Soc. n. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rimum pinguefaceret, veſtigia, reſpondit, domini.

Ad conſeruationem autem, atque ad augmentum Eccleſiaſticæ diſciplinæ viſitationem inæſtimabilem vtilitatem afferre, ipſa experientia docet.

Idem etiam maximè apparet in diſciplina Monaſtica, & regulari: vnde non immerito dici ſolet, tria in ſuo rigore cõgregationem Carthuſianam diù conſeruaſſe, nempè ſilentium, ſolitudinem, & viſitationem: contra verò inter alias cauſas, quæ recenſentur, excidij, atque exterminij religionum Germaniæ, hæc vna eſt, quia non viſitabantur. Et (vt paucis expediam) viſitatio adeò vtilis, & neceſſaria eſt; quia, niſi viſitentur, *vt inquit Hoſt.* animæ periclitarentur. Et hinc eſt, *vt ideait*, quòd de iure, ſeu de cõſuetudine tot ſunt Viſitatores ordinarij, videlicet, Archipresbyter, Archidiaconus, Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus, & Papa, vt nempè cautius curentur animæ. Vtilitas etiam Viſitationis ex nunc de eius ſcopo dicendis plenius patebit.

Clemen. 2. de ſtat. Mon. Abb. Sphan. de cau. exter. relig. Germ. Hoſt in ſum de of. Arch.

# CAPVT II.

## De ſcopo Viſitationis.

CVM Viſitator, medici, amici, & paſtoris perſonas præcipuè ſuſtinere videatur, præcipuus erit viſitationis ſcopus infirmitates curare, miſerorum neceſsitates ſubleuare, ſubditorumque actiones vnire, ac regulare, *vt S. Ant.* latè, ac pulchrè demonſtrat.

Vel breuius, *vt ex Pauin.* colligitur, Viſitationis ſcopus eſt, reformatio ſtatus Eccleſiarum, perſonarum, ac rerum Eccleſiaſticarum, nec non morum Laicorum, ad Dei optimi maximi honorem, animarumque ſalutem.

S. Ant. in ſum. par. 3. tit. 21 c. 5. Pauin. par. 1. q. 1.

Vel *vt in ſacro Conc. Trid.* habetur, vt quæ ad Dei cultum, ad animarum ſalutem, & ad pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, viſitatores cognoſcant, & exequantur.

Seſſ. 22. c. 8.

Vel, vt in eodem ſpecialius dicitur, præcipuus viſitationis ſcopus eſt ſanam, orthodoxamque doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionẽ, pacem, innocentiamque accendere; cæteraque prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere.

Seſſ. 24. c. 3.

Debet etiam Viſitator maximè proſpicere, vt Eccleſiæ, quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, alijsque debitis obſequijs non fraudentur: & quæcunque ad Dei cultum ſpectant, diligenter curentur, atque ijs, vbi oportet, prouideatur, ſed licet Viſitator hæc omnia maximo ſtudio curare debeat, hoc tamen præcipuè, vt Eccleſiaſticorum mores, & actus reformentur; qui aliorum in omnibus forma, & exemplũ eſſe debent; & à quibus tanquàm ex fonte ferè omnia bona, & mala ſcaturire experientia demonſtrat.

Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 8. Seſſ. 21. c. 8. Pauin. par 1. q. 1.

Et ex his omnibus ſimul iunctis non ſolum præcipuus, ſed totus viſitationis ſcopus habetur.

Ex prædictis autem duo præcipuè inferuntur, quæ maximè Viſitatores obſeruare, ac ſemper meminiſſe debent: Primũ eſt, Viſitatorem non ſe ipſum, id eſt, non vtilitatẽ, non cõmodum, non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

honorem proprium quærere debere; cũ hic nullum de hoc verbum habeatur; ſed ad Dei cultum, ad animarumque ſalutẽ pertinent; hoc eſt, non quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Chriſti. Alterum eſt, Viſitationem, cum res tanti ponderis ſit, non negligenter, & remiſsè, vel, quod peius eſt, iniuſtè tractandam eſſe; ſed omni diligentia, & iuſtitia: nam ex eo, quòd viſitationes remiſsè, ſeu negligenter, atq; iniuſtè fiunt, rigor diſciplinæ, vigor iuſtitiæ, conuerſatio bona lamentabiliter, ac maximè pereunt: ita ex eo, quod diligenter, ac iuſtè fiunt, diſciplina, iuſtitia, conuerſatio in ſubditis virtuoſa præcipuè conſeruantur, ac florent. ideò non immeritò redarguũtur illi, qui tanquam curſores, & rhedarij ſic celeriter ſe expediunt, vt eis tres, & quatuor Eccleſias in die vidiſſe ſufficiat.

c. cum Apoſto. c. procurationes de cenſibus.

Carth. in opuſcul. de regim. Archid. c. 27.

Fuſch. lib. 1. c. 1. ſub n. 11.

Et damnum, quod huiuſmodi viſitationes, (ſi eas viſitationes, & non potius viſitationis cortices, appellare volumus) afferre ſolent in vnius collegiatæ viſitatione expertus ſum: nam ſtatim, vt fatebantur ibi omnes, poſt quandam viſitationem omnis diſciplina corruit, & etiã reſidentia in choro fuit intermiſſa.

# CAPVT III.
## Viſitator qualis eſſe debet.

De qualitatibus Viſitantium latè Paui. p. 1. quæſt. 1. Pet. p. 1. q. 4. Fuſch. li. 1. c. 3. Epiſcop. Com. de Viſit. lib. 1. c. 4. c. diſciplina. diſt. 45. cum ſimil.

VISITATOR, qui alios reformare intendit, ipſe prius talis eſſe debet, quales alios eſſe cupit; præcipuè autem in actu viſitationis, non ſolum omni vitio, ac vitij ſuſpicione carere; verùm etiam ſe omnibus virtutibus ornatum, cumulatumque præbere debet.

Charitatem præcipuè erga omnes habeat, ita tamen, vt illam cum iuſtitia exerceat; & vbi ſeueritate opus ſit, ita illa vtatur, vt cum charitate ſemper coniuncta eſſe cognoſcatur. grauitatem in omnibus, maximè verò in verbis, geſtibus, & veſtitu conſeruet, ita tamen ne humanitatis obliuiſcatur ſuæ, &c.

Sit iuſtus, non reſpiciendo qualeſcunque perſonas: neque amicorum commoda, neque inimicorum diſpendia quærat; ſed tantùm honorem Dei præ oculis gerat, ſit ſapiens, & prudens, ne modica moueatur ſuſpicione, quæ ſapientis animum immutare non debet; neque hæſitet, vbi non eſt hæſitandum. In omnibus, maxime in arduis, tria præcipuè ſemper attendat, videlicet, quod liceat ſecundum æquitatem, quod deceat ſecundum honeſtatem, & quod expediat ſecundum vtilitatem. Sit fortis, vt viriliter agat; neque deſperet, ſi maximis difficultatibus, & perſecutionibus ſit circumſeptus: ſed pro viribus faciat quicquid poteſt, meliora ſemper ſperando. Sit diligens, vt citò (ſicut tamen res exigit) ſe expediat. Maximè verò in principio ſeueritate, in progreſſu diligentia, in fine iuſtitia vtatur: ſed cum ſeueritate ſit lenitas, cum diligentia prudentia, cũ iuſtitia denique pietas, & miſericordia ſecundum diuerſitatem caſuum. Sit ſecretus ipſe, curetq; Notarium, & alios eſſe ſecretos, ne occulta; præcipuè Clericorum, laicis præſertim ſine neceſsitate prodantur. Rectè ſciat, & memoria iugiter teneat, quales facultates habeat, ne concedat, quod nõ poteſt; neq; neget, quod honeſtè concedere debet: omnia autem gratis concedat, nec non à Notario concedi faciat, ea videlicet, quæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conc. Prou. 2. tit. 1. de. cret. 6. c. Epiſcopum. 10 q. 1. Tur. Crem. in d. c. epiſcopum.

tunc in actu viſitationis expediuntur.

Eligatur ergo in Viſitatorem Sacerdos ſecundum Concil. Prouin. aliàs vbi Sacerdos aptus haberi non poteſt, ſaltē Diaconus (& licèt hoc non ſit omnino de iure communi neceſſarium, eſt tamen admodum conueniens) vir probus, grauis, & prudens, Iuriſperitus, & in Concilijs necnon in functionibus, ac rebus Eccleſiaſticis benè verſatus; & ad exhortandum aptus, ita vt docere, inquirere, ac corrigere valeat: & vbi vnus non ſufficit, plures eligi poſſunt. Si verò Viſitatator nequam ſit, officioque ſuo perperam ac peruerſè fungatur, Notarius, & alij officiales id ſuperioribus propalare tenentur. Epiſcopus autem tenetur de exceſsibus Viſitatoris.

S. Ant. d. c. 5. d. c. epiſcopum. Pauin. p. 2 q. 3. Arch. in c. ſi epiſcopus, de off. ord. lib. 6.

# CAPVT IV.
## Quando, & quoties viſitandum ſit.

Concil. Trid. ſeſ. 24. c. 3. cum ſimil. Soci. latè n. 27. cum ſeq. Doc in d. c. 1. & in Clem. 2. de ſtat. Mon. Pauin. p. 1. q. 4. Socin. in præcit. loco.

VISITATIO totius Diœceſis ſingulis annis fieri debet; vel ſi propter eius latitudinem, tota quotannis viſitari non poterit; maior ſaltem pars viſitari debet, ita tamen, vt biennio tota compleatur, etiam ſi non eſſet neceſsitas viſitandi: iterari autem eodem anno ſine cauſa viſitatio non debet; ſi quis tamen ſæpius viſitare voluerit; ſemel tantum procurandus eſt, in alijs verò viſitationibus recipietur, vt hoſpes: niſi id ſibi ex priuilegio, vel ex conſuetudine competat: quod de eodem Viſitatore eadem ratione viſitante intelligitur: nam ſi alius vel idem ipſe à ſummo Pontifice delegatus, vel Viſitator inferior pro ſua iuriſdictione viſitaſſet, Ordinarius etiam eodem anno, vt Ordinarius viſitare poteſt; ab illis tamen punitos iterum punire nequit; ſicut etiam ab illis abſoluti innocentiam ſuam iterum demonſtrare minimè tenentur. Et licet tota Diœceſis, vt ſupra tamen dictum eſt, poſsit, & debeat quotannis viſitari; non tamen debet Viſitator illa loca, quæ in fine vnius anni viſitauit, in principio alterius anni viſitare; quia in viſitatione nihil corrigendum eſſet: neque etiam, niſi abſoluta, atque perfecta viſitatione totius diœceſis debet Viſitator reiterare vnius loci viſitationem, niſi ex cauſa, eodem videlicet anno; alio enim anno poterit viſitare, cum viſitationi illius anni per exitum renunciauerit: niſi fortè, vbi propter diœceſis latitudinem biennium requiritur: ſed quamuis poſſet; conducibilius tamen erit, inprimis illa loca viſitare quæ diutius viſitata non fuerunt, & quæ viſitatione magis indigent. Et ſi commodè, vel abſque difficultate ad vnamquamque Eccleſiam accedere non poterit, de pluribus locis ad vnum congruū Clericos & laicos ſtudeat conuocare; ne in illis viſitatio poſtponatur. Impedimentum autē legitimū non eſt paupertas loci; ſed quando propter niues, vel glacies, aliauè legitima arbitrio boni viri impedimenta Viſitator ad illa minimè accedere poteſt. Quo autem tempore facienda ſit Viſitatio, communiter concludunt Doctores poſſe ſemper fieri, licet commodius fiat tempore æſtatis, maximè collectis fructibus: verùm in hoc conſideranda eſt inprimis latitudo Diœceſis: nā vbi ſatis lata eſt, non eſt diſtinguendum tempus, niſi quādo Parochi adeò in functionibus Parochialibus detinentur, vt nullo

Abb in cap. nuper de cenſib. Concil Trid. ſeſ. 24. c. 3. cap. de his de accuſ.

Doct. in d. c. 1. & in d. Clem. 2. & in c. in ſingulis, de ſtat. Mō. d c. 1. Pauin. p. 1. q. 4.

d. c. ri

gl. in d. cap. 1.

Soc. ſub num. 12. S. Ant. c. 5. Fuſch. lib. 1. c. 1. n. 3.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nullo pacto viſitationi incumbere queant, niſi cum Parochianorum, atq; cultus diuini detrimento: vbi verò Diœceſis lata nõ eſt: tũc aliquãdo expediens erit viſitare tempore meſsis; quando videlicet impenſæ faciendæ ſunt circa Eccleſiam: eo enim tempore omnes ad Eccleſias reſtaurandas, amplificandasque, & ad eelemoſynas faciendas promptiores ſunt: aliquando verò vtilius erit alio tempore, quando videlicet laici minus occupati ſunt; quia eo caſu illorum, quæ in Parochia prouiſione indigent, maior cognitio haberi poteſt. Habenda eſt etiam ratio locorum viſitandorũ, præcipuè propter aëris intemperiem. Et quia dictum eſt Viſitationem nequaquã faciendam eſſe, quando in actionibus, functionibuſue Parochialibus maximè Parochi occupantur, etiã ſi lata ſit Diœceſis: ideò hac de cauſa ſcriptum eſt, intermittẽdas eſſe viſitationes per octo dies ante, & poſt Paſcha Reſurrectionis, & rurſus à feſto Aſcenſionis vſque ad octauam Corporis Chriſti; niſi aliqua vrgentiſsima cauſa ſit. Eſt etiam intermittenda, ſeu complenda Viſitatio à Natiuitate Domini vſque ad congregationem Vicariorum foraneorum ante ſeptuageſimam habendam: eo enim tempore præparationi viſitationis anni ineuntis maximè incumbendum eſt. Intermittenda quoque eſt viſitatio per quindecim dies ante Synodum, quo tempore Congregationes Viſitatorum frequenter haberi debent.

Inſtru. Viſi. fol. 50.

Inſtru. Viſi. fol. 50.

# CAPVT V.

## Quando autem quis viſitare dicatur.

QVANDO autem quis viſitare dicatur videndum eſt: hoc enim vltra cauſam procurationis ſcire expedit: quia aliquando Canonici Viſitatores deputantur, qui pro intereſſentibus in choro haberi ſolent quando viſitant, vel viſitationis occaſione eo tempore impediuntur, occupanturne. Eſt ergo communis Doctorum concluſio, quod quis dicitur vſitare, quando pro negotio communi, pro cultu diuino, & pro animarum ſalute vadit; Ideo ſi Prælatus vidit ad loca viſitanda gratia conſignandi, vel confirmandi pueros tantum, vel conſecrandi Eccleſiam, vel pro Clericis ordinandis, vel ſimilibus, vel pro quocunque alio communi negotio, vel quia multos tangit, intelligitur viſitare. Item vbi fit aliquid pro animarum ſalute, aut pro cultu Diuino, ampliando, vel pro ſtatu Eccleſiæ melius reformando, ſecus autem quando vadit pro expeditione cauſarum; ita dicunt ſimpliciter Doct. Ego vero arbitror viſitationem, accipi bifariam, in propoſito, ſtrictè videlicet, & ſecundum communem vſum loquendi, & largè; & diſtinguendum eſſe inter caſus latè aut ſtrictè interpretandos; & vbi facienda eſſet lata interpretatio Epiſcopus vadens cauſa confirmandi pueros, Eccleſiã cõſecrandi, ordines conferendi, poſſet dici viſitare, ſecus vbi facienda eſſet ſtricta interpretatio, vt vbi eſſet præiudiciũ tertij; Ideo *in S. Cong. Conc. Trid* declaratum fuiſſe dicitur *in vna Tudert*. Epiſcopũ exeuntem per oppida, vt tantũ Sacramentum Confirmationis cõferat non eſſe procurandũ, licet multi

Arch. & alij in d. c 1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

graues Doctores contrarium aſſerant, quorũ opinio poteſt verificari, quando non potuit huiuſmodi functionem in viſitatione expedire, & ſic prout eſt reſiduum propriè viſitationis; nam cõmuniter Docto. concludunt, Viſitatorem poſſe reuerti ad perficiendam viſitationem, & eſſe, eo caſu procurandum; & ſic in caſu fictæ intereſſentiæ in choro, qui ſtrictè interpretari debet, intelligẽdum eſt de propria viſitatione; quando videlicet quis habens auctoritatem viſitandi, functiones quæ ad extrinſecam correctionem, morumque emendationem, ac Eccleſiarum reſtaurationem, & huiuſmodi principaliter exercet: alioquin miſſus ad confeſsiones alicuius populi audiendas, etiam ipſe viſitare diceretur, quod in hac materia praxis non admittit; niſi fortè in actu viſitationis, quando videlicet eſſet cum Viſitatore, & dixi principaliter; quia ſi ex alia cauſa abeſſet, non haberetur pro intereſſenti; ſicut etiam vbi non eſſet canonica viſitatio. Ita etiam ſtricta interpretatio facienda eſſet, quo ad obligationem viſitandi: quia nõ diceretur ſatisfacere huic muneri Epiſcopus, qui per totam Diœceſim iret gratia confirmandi pueros tãtum, vel etiam ordines conferendi, & alias huiuſmodi functiones exercendi, quæ correctionem principaliter nõ intendant: minusque ſatisfacere arbitror, qui vt hominibus forſan viſitare videãtur, ſuperficialiter viſitant per ea *quæ ſupra diximus.*

Arch. & pleriqueali in d. c. 1.

in d. c. 1.

Arch. in c. 1. de Cleric. non re. ſid. lib. 6.

Fedet. de Sen. cõſi. 148. num. 3.

Et notandum eſt, actus viſitationis illos dici, qui in loco viſitato fiunt.

## CAPVT VI.

### Quæ ante Viſitationem generalem agenda ſunt.

EDICTVM de Viſitatione per menſem ante proponendum, & à Parochis publicandum.

Literæ paſtorales de Viſitatione ad populum, quas duobus ante Epiſcopi aduentum proximis diebus feſtis Rector, vel alius Eccleſiæ Præfectus infra miſſarum ſolemnia, dum populi frequẽtia adeſt, de ſcripto recitet.

Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos.

Aſsiduæ Congregationes Viſitatorum pro vtili progreſſu Viſitationis.

Diligens inquiſitio Viſitatorum, & Vicariorum foraneorum præcipuè circa abuſus populi, neceſsitates Eccleſiarum, & vſurpationes bonorum iuriumuè Eccleſiæ.

Oratio quadraginta horarum ad præſcriptum inſtitutionum.

Delegatio, vnius, vel plurium ſacerdotum ad oppida præcipuè inſigniora ad audiendas confeſsiones cum facultate abſoluendi à cenſuris & à caſibus reſeruatis, & ad diſponendum populũ pro profectu viſitationis, ad aliaq; facienda iuxta iuſſum ipſius Epiſcopi.

Diſtributio negotiorum inter Coadiutores, ſeu Miniſtros in Viſitatione.

Recognitio Ordinationum ſaltem duorum præcedentium annorum.

Recognitio ſcripturarũ in Archiuio ad ſingulas plebes viſitandas pertinentium.

Collectio memorialium opportuna ex ipſis ſcripturis.

Præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Præterea vbi fit Viſitatio Pontificalis, & ſolemnis, paramenta Epiſcopi, & alia vt in Pontificali.

Synodus verò, quã vnum ex præparatorijs dicit eſſe *Pauin.* non præparatoriũ ſed actio principalis per ſe exiſtit: habet tamen ſymbolum cum Viſitatione.

Pauin. par. 1. c. 45.

Hæc præparanda ſunt à Viſitatore, quæ autem ſequuntur à viſitandis.

Diligens cura Parochorum, Vicarij præſertim foranei, vt omnes qui ſacramentum Confirmationis ſuſcepturi ſũt, & reliqui omnes fideles obuiam ordine prodeant Epiſcopo aduentanti; ac ſtatis hymnorum pſalmorumque precibus illum tanquam Chriſti vicem gerentem excipiant, & vt ſemper tempore viſitationis frequentiſsimi adſint.

Petr. p. 1. c. 3. Fuſch. lib. 1. c. 4. Conc. Prou. 4. co.

Ornatus Eccleſiæ, ſuggeſtus, & ſacriſtiæ, ſignum ſolemni campanarum ſono pridie diei viſitationis, & quando Epiſcopum aduentari explorauerit.

Ex his tamen quædam ad ſolemnem, & Epiſcopalem viſitationem tantũ ſpectant, quæ facile dignoſcuntur.

# CAPVT VII.

## Delegatio, & facultates Viſitatoris.

### CAROLVS

DEI, & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Mediolanen. Eccleſiæ, &c. Dilecto nobis in Chriſto R. D. N. I. V. D. Sacerdoti Ariminen. ſalutem, & benedictionem à Domino. *Quoniam animaduertimus non poſſe per nos ipſos ſolum Diœceſis noſtræ, quæ lõgè lateq; patet viſitationem ad conſtitutum biennij tempus ex ſacri Conc. præſcripto plene abſoluere: idcirco in eam deliberationẽ venimus, & quo diligentius, & viſitationem vniuerſam abſoluamus; & in executionis vſum perpetuo ſalutaria decreta inducamus, Eccleſiaſticos aliquos homines, ſpectata morum probitate, prudentia, doctrina, diſciplinaq; vſu peritos delegerimus: quamobrem nos tua, &c.*

Lata n. diœceſis eſt iuſta cauſa, vt Prælatus per aliũ viſitare poſsit. gl. in c. procurationis. de cenſibus. Pauin. par. 1. q. 3.

Vbi plures Viſitatores eligununtur.

Hoc procœmium accomodatur, quãdo Diœceſis lata eſt, vbi autem ex alia cauſa fiat delegatio, exprimenda eſt illa cauſa, vel ſaltem in genere dicendum eſt, ſe varijs impedimentis detineri, & deinde proſequendum eſt.

*Qamobrem nos tua inprimis pietate, charitate, & prudentia, integritate, & peritia confiſi, ſperanteſq; inde fore, vt quæ tibi, tuæq; viſitationi, & promotioni commiſerimus, mandauerimuſuè; ea per te bene agãtur; te etiam vnum ex his quos delegimus, noſtra Archiepiſcopali auctoritate, omniq; meliori ratione, his literis promotorem, præfectum, Viſitatoremq; noſtrum declaramus, decernimus, atque conſtituimus, facultatibus tibi vt infra attributis.*

Vbi plures ſunt Viſitatores.

*Primò igitur hoc tuæ charitati, prudentiæ, & ſollicitudini delegamus, atque committimus, vt noſtro nomine, noſtraq; tum ordinaria, tum Apoſtolica nobis in hoc viſitandi munere, vel canonum iure, vel Põtificijs ſanctionibus, vel ſacri Concilij Tridentini decretis delegata auctoritate Vrbis, & Diœceſis noſtræ Mediolanen. viſitationem diligẽter, & accuratè obeas; nempè Eccleſias omnes, & ſingulas, maiores, & minores, Collegiatas, Parochiales, & quæ ſine cura ſunt, capellas, etiã Monaſterijs exemptis iure vnionis adiunctas, & earum item Sacerdotes, & Clericos, quo ad Parochialem curam Sacramentorũq;*

admi-

adminiſtrationem attinet, ac decretorum executionẽ, ſiue Regul. ſiue Sæculares in illis ipſis Monaſterijs, Eccleſijſuè curã gerẽtes; Itẽ oratoria, quæuis hoſpitalia, collegia, ſodalitia, confraternitateſuè laicales, ſeu ſcholas, aliouè quouis nomine nuncupatas, etiam in Eccleſijs Regularium, etiam exemptas, quoad executionem vltimarum voluntatum; Eleemoſynas etiam montis pietatis, aliorumq; piorum locorum, tam virorum quam mulierum fabricas, ſcholas, etiam librarias, & publicas bibliothecas, & artes impreſſoriæ officinas, ac præterea non ſolum Eccleſiaſticos homines; ſed etiam populos curæ noſtræ commiſſos ſedulo, pleneq; viſites, ac viſitare ſtudioſè cures: & quicquid quauis ratione corruptum, ſeu deformatum animaduerteris, corrigas, & reformes, & ad iuris, decretorumq; ſacri Tridentini Concilij, aliorumuè Prouincialium, & diœceſ. Mediolanenſium conciliorum, edictorum, inſtructionum, ac ordinationũ quarũcunque per nos, & de mandato noſtro promulgatorum, & publicatorum, præſcriptam normam, & regulam dirigas, reducas, & reformes: & in omnibus, quæ ad ſanctam ſacramentorũ adminiſtrationem, ad cultum diuinum augendum, & ad Eccleſias reparandas, & ampliandas, aut ad cleri, eccleſiaſticorumq; hominum vitã, & ſtudia, aut ad mores populi, aut ad piarum voluntatum executionem, aut ad rectam gregis Chriſtiani inſtitutionem, ad omnem denique Chriſtianæ vitæ conformationem, animarumq; ſalutem pertinent, conſulas, geras, agas, quæ neceſſaria atque opportuna ſunt. De criminibus, delictis, exceßibus contra reos inquiras, aut ſi expedire cenſueris eorum nomina ad nos, Vicariumuè noſtrum deferas, crimina perſpicua, manifeſta, notariauè, de quibus quæri inquiriuè opus non eſt, liberè corrigas, pœnamq; condignam pro perſonarum ratione, proq; delicti grauitate, ex canonum iure, ac decretorum, edictorumuè noſtrorum præſcripto irroges, atq; ſummas: ac perinde ex authoritate Apoſtolica nobis conceſſi poteſtatem, ac facultatem tibi damus citandi, inhibendi, agendi, proſequendi, procedendi ac de plano ſine ſtrepitu, formaq; iudicij, manu regia, ſola facti veritate inſpecta, etiam nullis ſeruatis ordinibus, ac terminis, quos in Archiepiſcopali foro ſeruari, vel inſtituti, vel moris, ſtiliuè eſt.

Concil. Trid. ſeſ. 22. c. 8.

In diœceſ. Mediol.

Si Epiſcopus habet huiuſmodi auctoritatem.

De omni præterea, & quacunq; cauſa extraiudicialiter etiam agere, audire, cognoſcere, & decidere, licere tibi volumus, & concedimus.

Cauſas item coram Vicarijs, qui in vrbe vel in Diœceſi ſunt, præterquam generali pendentes, in quocunque ſtatu illæ ſint, auocandi, reaſſumendi, ac eiſdem inhibendi poteſtatem damus; Vt quoque contra omnes & ſingulos, qui quouis vllo modo deliquerint; prout tibi videbitur, agendi, eoſdemq; vt iudicio perſonaliter ſiſtãt pœnis, mulctis, etiam cenſuris Eccleſiaſticis prępoſitis, monendi, ſiq; non paruerint, pœnas mulctas, cenſuraſq; huiuſmodi ſubijſſe declarandi: Rurſus etiam illos contumaces, & alios quoſcunque & in his, & in alijs omnibus, quæ vel vniuersè, vel ſpeciatim mandauimus, parere recuſantes, & eorum quemlibet, tum pro manifeſta offenſa, tum etiam pro libertatis & immunitatis iuriſdictionisq; Eccleſiaſticæ defenſione, & conſeruatione fulminandi, & promulgandi eaſdem pœnas iterum atque iterum ſanciendi, grauiores, etiam irrogandi, interdictum Eccleſiaſticum imponendi, brachium ſæculare ſi opus fuerit, implorandi, & vt iuris erit, detinendi, carcere coërcendi, mulctandi, abſoluendi, & omnia denique, & ſingula agendi, gerendi, ſtatuendi, decernendi, mandandi, exequendi, quæ ad Dei gloriã, & animarum ſalutem expedire cenſueris, liberam, integram,

Vbi ſunt plures Vicarij.

gram, amplam, atq; omnem facultatem, tum noſtra ordinaria, tum auctoritate Apoſtolica nobis delegata his literis tibi elargimur, concedimus, ac impartimur: & eos, ac omnes alios delinquentes nobis ſubditos, auctoritate etiam nobis à ſacro Concilio Tridentino tradita, ab omnibus caſibus nobis reſeruatis, ac quibuſcunque cenſuris, ſuſpenſione, interdicto etiam generali à iure, vel ab homine, ex quacunq; cauſa quas & quos nobis reſeruauimus, exceptis ijs, quæ à nobis aut à Vicarijs noſtris Vrbanis fulminatæ & inflictæ fuerint per te ipſum, ſeu per alios impoſita pœnitentia ſalutari, gratis in vtroq; foro abſoluendi, liberandi, ac relaxandi auctoritatem concedimus, ita tamen, vt facultatibus prædictis abſoluendi vti non poſſis, niſi in actu ipſo viſitationis extra Ciuitatem, & cum perſonis, & hominibus incolis illius plebis, cuius viſitationi tunc incumbis.

Vbi plures ſunt Vicarij.

Iuramentum verò ab omnibus medicis, ac fidei profeſſionẽ à quibuſcunq; confeſſarijs, Concionatoribus, ludimagiſtris, ac ab alijs tam publicè, quam priuatim artium liberalium exercentibus, ac bibliopolis, & impreſſoribus iuxta formã tabellarum, & decretorum noſtrorũ prouincialiũ, & diœceſanorum recipias, renitentesq; omnes ab officio, donec præfatum iuramentũ, fideique profeſſionem reſpectiuè præſtiterint, ſuſpendas; eos verò, qui paruerint abſolutè à pœnis, & à cenſuris abſoluere, & liberare poſſis. necnon profitendi, ac docendi facultatem dare per bimeſtre, quo ſpatio elapſo à nobis impetrent. Eccleſias verò quæ ob vetuſtatem, vel aliter collapſæ ſunt, & ob eorũ inopiam nequeunt inſtaurari, demoliendi ad præſcriptum ordinationum noſtrarum ac Viſitationis Apoſtolicæ, decretorũque diœceſanorum, illaſque ac illarum materiam in profanos vſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, ad præſcriptũ ſacri Concil. Trid. conuertendi, tibi facultatem tribuimus.

Vbi id decretũ eſt etiam Viſitatione Apoſtolica.

Necnon beneficiorum quorũcunq; vacantiũ fructus, qui ſuperſunt, ſolutis omnibus oneribus, ne in diuinis defraudentur, ac fabricarum redditus, in vſus eiuſdem Eccleſiæ altariſuè neceſſarios & vtiles, etiam ſuppellectilem Eccleſiæ, prout tibi expedire magis viſum fuerit, ex præſcripto ſacri Concilij Tridentini, & decretorum diœceſanorum expendi cures, ac in illis beneficijs Eccleſiaſticis Parochialibus per obitum, vel per reſignationem, etiam in curia, ſeu aliter quomodocunque vacantibus, etiam reſeruatis, vel affectis, ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ, idoneum in ea Vicarium cum congrua tuo arbitrio fructuum portionis aſſignatione, qui onera ipſius Eccleſiæ vacantis ſuſtineat, conſtituas: Vicecuratosq; Capellanos, Confeſſores, ac Prædicatores, vbi opus eſſe cognoueris ad bimeſtre duntaxat, deputes. Necnon informationes aſſumendi in cauſis ad ſanctum officium Inquiſitionis ſpectantibus contra quorumcunque Regulares procedendi vſque ad ſententiam excluſiuè, iuxta formam breuis, ac in ipſa Viſitatione extra Ciuitatem de cauſis ſponſaliorum inter perſonas illius plebis, quam tunc viſitabis, cognoſcendi, denuntiationesq; etiam iuxta eiuſdem ſacri Concilij diſpoſitionem remittendi, quæcunq; Eccleſiæ Sacramenta miniſtrandi, Verbum Dei prædicandi, Eccleſias quoque & cœmiteria polluta, adhibita aqua per nos benedicta, reconciliandi, corporalia, & paramenta Eccleſiaſtica quæcunque benedicendi, cæteraq; omnia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria; ſeu quomodolibet opportuna, gerendi, & exequendi plenam, amplam, omnimodam facultatem, qua poſſumus, tam ordinaria quam Apoſtolica à nobis delegata auctoritate tenore præſentium tibi damus, concedimus, & impartimur.

Vbi Epiſcopus auctoritatem habet.

B Man-

*Mandantes omnibus, & ſingulis Vicarijs noſtris, Archipresbyteris, Archidiaconis, Præpoſitis, Primicerijs, Decanis, Canonicis, Capitulis, Parochis, Rectoribus Eccleſiarum, Altariumuè Capellanis, Clericis, quibuſcunq; cæteris, cuiuſuis generis beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & locorum item piorum curatoribus, præfectis, atq; adminiſtratoribus, vniuerſitatibus, alijsq; omnibus & ſingulis, ad quos ſpectare vllo modo poteſt, vt te Viſitatorem per nos vt ſupra, delectum, & conſtitutum recipiant, tuisq; monitionibus, præceptis, decretis, ac iuſſis pareant, pœnis propoſitis etiam pecuniarijs, interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis in ſubſidium pro contumaciæ, culpæuè grauitate, arbitrio noſtro, vel tuo, declarandis, irrogandisq;, ac locis pijs applicandis. Magiſtratibus verò, & Iudicibus, alijsq; Officialibus Curiæ ſæcularis, tam in ciuitate, quàm in Diœceſi, nec non vniuerſitatibus, communitatibus, & alijs ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt quoties fuerint requiſiti, tibi pro præmiſſorum executione aſſiſtant, omnemq; fauorem, opem, & auxilium etiam brachij ſæcularis prompte, ac efficaciter præſtent, atque exhibeant. Hanc verò viſitationis delegationem cæteras omnes facultates his noſtris Archiepiſcopalibus literis, vel vniuerſè vel ſpeciatim conceſſas ad biennium tibi ſuffragari volumus. In quorum fidem præſentes literæ noſtræ, & Cancellarij noſtri infra ſcripti ſubſcriptione, ac ſigilli Sancti Ambroſij impreſſione munitas fieri iuſſimus.*

Dat. Mediol. Cal. 3.

*N. Archiepiſcopus.*

Locus ſigill. *N. Cancell.*

Hæ ſunt facultates, quas mihi conceſſit ſanctæ mem. Carolus Card. S. Praxedis Paſtorũ exemplar, ac Eccleſiæ diſciplinæ reſtitutor, cuius memoria in ſempiternum erit, quæ ſecundum qualitates Viſitatorum ampliari vel moderari poſſunt.

# CAPVT VIII.

## Edictum de Viſitatione.

N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, &c. Epiſcopus.

*CVM ad noſtri Paſtoralis officij rationem Viſitationis curâ ita pertineat, vt ex ſacrorum Canonum iure, & Conciliorum decretis prætermitti neq; poſſit, neque debeat: nos illud à nobis debitum munus omni, quâ maxima poſſumus diligentia, Deo iuuante aggredi, atque perficere cupientes, perutile fore exiſtimamus omnibus, & ſingulis iuriſdictionis noſtræ fidelibus, cæterisq;, quorum id intereſt hoc ſignificare; In eam verò curam ita incumbemus, & ordinaria noſtra auctoritate accuratè viſitemus oẽs, & ſingulas has Mediolanẽſis & Ciuitatis, & Diœceſis Eccleſias, Metropolitanam noſtrã, Collegiatas, earum item capitula cũm perſonis, curatas præterea Eccleſias, etiam eas, quæ ipſi Metropolitanæ, Collegiatis, alijs Eccleſiis, Monaſterijs, Collegijs, aut piis quibuſuis locis annexæ ſunt. Monaſteria item, quæ cõmendata ſunt, Abbatia, Prioratus, ſiue præpoſitura,*

*ſituræ, alioùe nomine nuncupata, in quibus non viget regularis obſeruãtia, cætera quoque beneficia curata, ac non curata, ſecularia, regularia, quouis modo cõmendata, etiamſi exempta ſint, Eccleſias item quaſcunq; quauis ratione exẽptas, quæuè in nullius Diœceſi ſunt, quibus Metropolitana noſtra propior ſit, quã alia Cathedralis Eccleſia, omnes denique Eccleſias non Curatas, Capellas, Oratoria, Hoſpitalia, Collegia quæcunq;, Cõfraternitates Laicorum, Montes Pietatis, pia loca omnia quamuis exempta ſint, etiã ad Laicorum adminiſtrationem pertinentia. Moniales etiam quæ Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatæ, & Regularib. ſubiectæ ſunt, quo ad clauſuram, Monaſteria inſuper, in quib. cura exercetur animarũ in ijs, quæ ad Sacram. adminiſtrationẽ pertinent, omnes deniq; & quaſcunq; ſæculares perſonas Eccl. etiam exemptas, & Regulares extra Monaſterium vitam agentes. Hoc igitur noſtra publico promulgato Edicto omnes, & ſingulos certiores facere voluimus: nos die octauo huius menſis viſitandi initium facere velle eo animo, eoq; conſilio, vt quantum in nobis eſt Diuina benignitate adiuti, omni & diligentia, & pietatis, & Paſtoralis officij ſtudio in ea incumbamus; quæ ad animarum ſalutem, ad cultus Diuini rationem, ad Eccleſiarum ſtatum, ad Chriſtianã morum inſtitutionem, ad Cleri, & fidelis populi vitæ, atq; officij diſciplinã ſpectare iudicabimus. Quare monemus omnes, & ſingulos, ad quos earũ Eccleſiarum, Monaſteriorũ, & piorum locorũ, quæ diximus, cura, vel gubernatio, vel adminiſtratio, vel Miſſarũ, ac Diuinorũ officiorum, quæ in ijs præſtanda ſunt celebratio, aliorũuè munerum functio pertinet, vt quo die ſingulas illas Eccleſias, locaq; viſitabimus, proferãt, ac oſtendãt nobis, vel ei cui tale munus delegauimus ſuorum omniũ beneficiorum, & ſacrorũ ordinum titulos, & Eccleſiarum, Capitulorumuè Statuta, Conſtitutiones, ac obligationũ onera, quæ eis impoſita ſunt. Inuẽtarium præterea bonorum mobilium, & immobilium, atque eas res omnes oſtendant, quæ ad Eccleſiæ, aut pij loci cultum, apparatum, & ornatum pertinent. Et quæ ſinguli pro vniuſcuiuſq; muneris, officijq; ratione ex præſcripto Conc. Prouinc. præſto habere tenentur.*

*Si quis autem cuiuſuis ordinis, aut dignitatis ſit, aliqua in medium afferre voluerit, quæ ad Dei laudem, Eccleſiarũ cõmodum, & animarum ſalutem intereſſe putauerit, eum hortamur in domino, vt omnia ea nobis, vel ſermone, vel ſcripto patefaciat.*

*Et quoniam ab ijs, quæ aliis præſtant, initium ſumi decet, primùm Metropolitanam noſtram Eccleſiam viſitabimus, ad alias deinde Eccleſias, & loca, quæ diximus, progrediemur, ea ſeruata ordinis ratione, quæ ad eam rem bene gerendam magis expedire nobis videbitur. Itaque monemus, præcipimus atq; citamus Capitulum Eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ, eiuſq; Archipresbyterum, Archidiaconum, Primicerium, Præpoſitum, Decanũ, Canonicos qui ordinarij appellãtur, Magiſtrum Cæremoniarũ, Notarios, Lectores, Maceconicos, Capellanos, Hoſtiarios, Clericos, Veglones, & Veglonıſſas, Parochos, item tres eiuſdẽ Metropolitanæ Eccleſiæ, Scolares, Confratres, Miniſtros, cæterosq; ſingulos, qui noſtræ Metropolitanæ Eccl. miniſtrant, vel miniſtrare debent, vt eo, quem diximus, die octauo ſum-*

*mo mane omnes ad viſitationem conueniant, ac ſui quiſq; beneficij, quod in ea Eccl. obtinet, titulos, diſpenſationem, Statuta, Conſtitutiones, Ordines, obligationumq; onera, & alia omnia nobis, vt ſupra ediximus, exhibeat, in eaq; viſitatione, quam ſtatuto iam die aggrediemur, etiamſi non eo ipſo die abſoluere poterimus, tãdiu adeſſe pergat, quoad omnibus ijs, quæ ad eã pertinẽt, quæq; nos neceſſaria, & opportuna cenſuerimus, perfectis illam omnino abſoluerimus.*

*Et, vt hæ noſtræ literæ Cancellarij noſtri, aut Coadiutoris eius manu ſubſcriptæ, ſigilloq; noſtro ſignatæ, quas Edicti publici vim, ac teſtimonium habere decernimus, omnibus ijs, quibus ediximus, ac aliis, quorũ id intereſt, & in poſterum quauis ratione intererit, notæ, ac manifeſtæ, planæ eſſe poßint, volumus eiuſdem noſtræ Metropol. Eccleſiæ, & aliarũ huius Ciuitatis Eccleſiarum, quæ Collegiatæ ſunt, ac Monaſteriorũ valuis affigi, ac relinqui, eosq; omnes quos diximus, eiſdẽ ita teneri, vt ſi illi ipſi perſonaliter moniti, requiſiti, ac citati eſſent. In quorum teſtimonium has confici, ſigno noſtro muniri iußimus. De earum verò affictione, quod quiuis noſter in hac parte Nuntius ad nos referet, in eo fidem illi omnino habebimus. Dat. &c.*

Hoc Edictum per menſem, vel etiam breuiori tempore ſecundum loci qualitatem ante viſitationem tam in Eccleſia Cathedrali, quam in ſingulis ciuitatis, Diœceſisque Eccleſijs, locisq; viſitandis, publicandum, ac affigendum eſt: reprehenſibile enim eſt viſitationem ex improuiſo obire, quod intelligendum eſt de viſitatione generali, vel niſi aliqua legitima cauſa ſubſit.

## CAPVT IX.

### De literis Paſtoralibus ad populum.

LITERAE Paſtorales de Viſitatione, quę quidem ſecundũ populi qualitatem ædẽdæ ſunt, ex illis colligi poſſunt, quæ *in Actis Eccleſiæ Mediolan.* habentur, & ex *Conc. Prouin. 4. eod. tit. de Viſit.* Multa etiam ex ijs quæ de fine, ſeu ſcopo viſitationis ſupra dicta ſunt. Plura verò ex literis Paſtoralibus de *Viſitatione Beatißimi, & ſanctißimi D. Noſtri D. Clem. VIII*, de quo habemus: *Cur indies magis lætemur, maioresq; gratias Deo agamus, cum eum, nõ quæ ſua ſunt: ſed quæ ſunt Dei, quærere, nõ humanas affectiones, conſanguineorumq; commoda ſectari; ſed in Dei gloria, & cleri, populique diſciplina procuranda poſitũ, & defixum eſſe intelligamus, vt veram, & rectam Põtificatus adminiſtrandi rationem, præclaraque exempla ſanctißimorum veterum Pontificũ, qui tantam Eccleſiæ dignitate ſua virtute ſtabilitam, & amplificatam reliquerunt, longo interuallo reuocare videatur: ſic Deus Sanctitati ſuæ longã vitam, atq; perſeuerantiæ donum impartiri dignetur.*

Iis autẽ literis præcipuè populus inuitandus eſt, vt eo tẽpore frequẽs ſit, & inſtruẽdus, vt intelligat, quid ſibi in illa actione agẽdũ ſit: & tandẽ hortãdus ad vberrimos viſitationis fruct⁹ cõſequẽdos.

Hæ verò literæ duobus feſtis proximis ante Epiſcopi aduentum intra miſſarum ſolemnia promulgandæ ſunt. Concil. Prou. 4. eod.

## CAPVT X.

### Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos.

LITERAE excitatoriæ ad Vicarios foraneos, etiam ipſæ ſecundum qualitatem Vicariorum maximè ſcribendæ ſunt: exempli tamen gratia infraſcriptæ pro-

proponuntur: priores autem, ſi ab Epiſcopo, aliæ ſi ab inferiori ſcribantur.

Reuer. Vicari, *die 15. huius menſis, niſi quid fortè ſecus acciderit, iſtic diuina ope, atq; auxilio erimus, vt viſitationẽ iſtius plebis aggrediamur. Et quoniã de tua diligẽtia multum confidimus, tibi nihil opus eſt in memoriam redigere, vt hanc ob cauſam Deo preces facias, ab alijsq; fieri cures: populoq; tibi concredito huius rei grauitatẽ, vtilitatemq; exponas, atque vt huic actioni frequẽs interſit, præcipias; itemq; vt ea, quæ neceſſaria ſunt præpares. Tantum attingemus cupere nos, vt Parochis omnibus, alijsq; Eccleſiaſticis ſignifices, pergratum nobis futurum, ſi quantum in illis erit, operam diligenter dabunt, vt hæc Viſitatio fructuoſa ſit; quemadmodum ſi contra caderet, permoleſtum futurum nobis eſſet. Norint omnes, quæ de victus frugalitate ſancita ſunt, velle nos vt omnino obſeruentur: quodſi qui ſuperfluos ſumptus in hoc facient, ſciant id nobis moleſtum futurum, nosq; in eos animaduerſuros eſſe. Erimus omnino decem, equos autem ſeptẽ habebimus. Deus tibi gratiæ ſuæ munera impertiat.* Arimini die, &c.

Et literis eiuſdem tenoris, vt vidi etiam anno præterito, aliquando vtebatur præſul ille, doctrina, ſanctitate, vigilantia, alijsq; virtutibus, atque officijs Paſtoralibus inſignis. *Ioan. Baptiſta Caſtellius Epiſcopus Ariminen.* qui Eccleſiam ſuam, quam Eccleſiaſtica diſciplina, atq; pietate mirifice exornauerat, obedientia coactus, relinquens, in Galliam apud Regem Chriſtianiſsimum Apoſtolicus internuncius profectus, ibi. celeberrimus maxima dilectiſsimi populi ſui iactura feliciter obijt.

Admodum Reuer. vti frater. *Die Sabbati proxime futuro iſtic Deo adiuuante adero, vt viſitationem iſtius plebis aggrediar; Non dubito, quin abs te, atque ab alijs Eccleſiaſticis hominibus ea præparentur, quæ ad hoc munus rectè ac fructuosè exequendum neceſſaria ſunt, quod mihi ſane pergratum accedet. Omnis à vobis diligentia adhibeatur, vt huic actioni populus frequens interſit. Quæ de ratione menſæ frugaliter parandæ ſancita ſunt, vos obſeruaturos eſſe credo; quod contra ſi fieret mihi admodum moleſtum eſſet. Deũ Opt. Max. precor, vt tibi gratiæ ſuæ munera augeat.*

Vbi verò Viſitator expedire cenſuerit, poterit etiam iubere atque præcipere populo, vt ſub pœna excommunicationis viſitationi interſit; quod tamen raro faciendum arbitror. Fuſch. poſt alios lib 1. c. 4. n. 7.

## CAPVT XI.

### Præparanda ac ſecum deferenda à Viſitatore in Diœceſi.

Plura ex his in inſtr. viſit. fol. ex. 1. cum ſeq.

VISITATOR ſecum ad vſum viſitationis afferat Concil. Trident.
Decreta generalia Viſitationis Apo.
Acta Eccleſiæ Mediolan.
Concil. 6. Prouinc.
Synod. xj. diœceſanam.
Inſtructionem Viſitationum.
Fuſchum, & alios auctores de Viſitat.
Sacramentale.
Inſtitutionem de modo procedendi in delictis, & mulctis & pœnis, ac pœnitentijs irrogandis Clericis vel laicis, in cauſis quæ expediri poſſunt in Viſitatione.
Literas patentes ſui officij.
Alias literas aliquarum facultatum ſibi ſpecialiter datarum.
Indicem Vicariorum foraneorum, & eorum facultates.
Indicem plebium, regionumuè, & pa-

rochiarũ nominatim ſuæ Viſitationis:

Deſignationes item,& delineationes ſingularum regionum viſitandarum diſtinctas.

Viſitationes earundem regionũ vltimò tempore plene factas.

Memorialia opportuna.

Tabellæ erratorum plures copias.

Varias formulas videlicet.

Reconciliationis Eccleſiæ,& cœmeterij etiam ſeparatim.

Denunciationis excommunicati, & interdicti.

Abſolutionis ab excommunicatione ſolemni. Relaxationis interdicti.

Præceptorum, ſeu ordinationum contra Concubinarios, incofeſſos, & alios delinquentes.

Sequeſtrorum varijs formis.

Cautionum præſtandarum iuxta qualitatem caſuum.

Libellos diſtribuendos, imagines ſanctorum, coronas calculos Aue Maria cũ indulgentijs. Afferat etiam Viſitator quatuor quinternettos diſtinctos: primum continentem ſub breui compendio,quæ dietim occurrũt, aut deferũtur diſtinctis folijs pro quali bet Parochiali. Secundum vitam, & mores cleri cuiuſcunque Parochiæ ſummatim.

Tertium breue compendium Viſitationis, ſcilicet titulum Eccleſiæ, nomen titularis, redditus ordinarios, & extraordinarios, familiarum, & animarum numerum, & alia huiuſmodi. quartum continentẽ memoralia vrgentium prouiſionum faciendarum,vt puta, erectionum, dimembrationem, vnionium, ſequeſtrorum, relaxationum, proceſſuũ pendentium, fideiuſsionum, & ſimiliũ.

Vlterius, quando Epiſcopus viſitat, afferenda ſunt etiã, quæ ad Pontificaliũ vſum, & pro Sacramenti Confirmationis adminiſtratione neceſſaria ſunt.

# CAPVT XII.

## Præparanda pro Viſitatione à Præfecto Collegiatæ ſiue cura animarum.

Plura ex his eliciuntur ex Conc. Prouin. 4. eo. Et ex inſtru Viſit. fol. 117. cum ſeq.

Inſtrumẽta. Fundationis, Dedicationnis, Conſecrationiſue } Eccleſiæ.

Statuta Erectionis Collegiatæ, Capituli, cum indice ſeparato illorum decretorum, quæ non ſeruantur, cauſis, & impedimentis explicatis.

Priuilegia Eccleſiæ, & capituli,quæ ſint in vſu,& in viridi obſeruãtia.

Tabella { Conſuetudinũ, & Rituũ peculiarium. } pręſertim in diuinis officijs Eccleſiaſticisq; funct.

Index feſtorum, ſolemnitatumuè propriarum ipſius Eccleſiæ.

Inuentaria { Reliquiarum Indulgentiarũ, ſacrarum Suppellectiliũ Librorum Eccleſiæ } & ſcribatur,quo tẽpore, & quibus pręſentibus facta ſunt.

Index omnium,ſingularumq; rerum, quæ vel conſecrandæ, vel benedicendæ ſunt: qui dandus eſt ante diem Viſitationis, Epiſcopo ita opportunè,vt de certa hora, de alijsque neceſſarijs deliberare poſsit.

Liber in quo deſcriptæ ſunt ordinationes in Viſitatione Apoſtolica, atque in

alijs

alijs Viſitationibus factæ: cauſis & impedimentis ſeparatim in folio explicatis earum, quæ executioni nondum mãdatæ fuerunt.

Vbi Viſitatio Apoſtolica facta fuit.

Indices
- RR. D. Præpoſiti, Canonicorum, aliorumq; de Capitulo cum officijs ſingulorum.
- Dignitatum, canonicatuum, & præbendarum, cum titulis, & priuilegijs ſingularum.
- Prædiorum, bonorumuè cũ ſitu, menſura, finibus, & alijs circumſtantijs.
- Vnionum à 40. annis citra ante Concil. Trident.

Indices
- Iurium,
- Reddituum, ordin. & extraor.
- Onerum.
- Legatorum.
- Annualium.
- Alienationum.
- Locationum ad longum tempus,
- Contractuumq; aliorum omniũ, &
- Diſtractuum.
- Vſurpationum.
- Litium.

(tũ maſſę capituli, tum prębendarũ ſeparatim.)

- Inſtrumentorum Scripturarumque — ad Eccleſiam ſpectantiũ.
- Librorum ſingulorum eccleſiaſticorum illius Eccleſiæ impreſſorum, manuuè exaratorum.

Libri
- Punctatorum.
- Ordinationum capitularium.
- Capellarum, Altariũ — cum redditibus, oneribus, ac ſuppellectili propria.

Indices
- Beneficiariorũ, officialiumuè
- Capellanorum — Chorialiũ, Titulariũ, Mercen. — & vbi, & cum quibus habitẽt.
- Cuſtodum,
- Clericorum Eccleſiæ aſcriptorum.
- Cantorum, & Organo ſonantium.

Indices
- Laicorum omnium in eccleſiaſticis muneribus aliquam operam præſtantium.
- Scholarum, Sodalitatumuè — quouis nomine in illa Eccleſia inſtitutarũ.
- Sepulturarum, & quales, & quorum ſint.

Index Decretorum Prouinc & diœceſan. ad Canonicos, & ad Capitulum ſpectantium, quæ executioni mandata non fuerunt; vel aliàs non obſeruantur: cauſis quoque & impedimentis explicatis.

In promptu etiam ſinguli Eccleſiaſtici habeant pro ſtatu perſonali in Viſitatione conficiendo.

Inſtrumenta
- Ordinum
- Prouiſionis
- Collationis
- Pręſentationis, Inſtitutionis — ſi iuriſ. pat. ſit.
- Poſſeſsionis
- Graduum perſonalium.

(beneficij.)

Diſpenſationes

Facultates quaſcunque.

Libros & tabellas, quæ in ſacriſtijs affigi debent ad præſcriptum libri Inſtr. & Concil. Prouinc.

Vbi autem cura animarum imminet, vlteri-

vlterius à Parocho præparanda.

Inſtrumenta { Fundationis, ſeu / Erectionis } Parochiæ.

Indices { 
- Eccleſiaſticorum omnium, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus conſtituti ſint, cum habitationibus, vt ſupra.
- Beneficiorum, & titulorum omnium.
- Eccleſiarum etiam ſi commendatæ ſint.
- Monaſteriorũ cum numero ibi reſidentiũ, præcipuè Sacerdotum, & præſertim Confeſſariorum.
- Oratoriũ etiam campeſtrium.
- Capellarum, ſeu Cellarum.
- Sodalitatum, confratriarumuè.
- Hoſpitalium.
- Locorũ operũuè piorũ.

} Intra fines Parochiæ exiſtentium.

Finium Parochiæ.

Vnionum à 40. annis citra ante Concil. Trid. in Parochia factarum.

Libri {
- Status animarum.
- Baptizatorum.
- Confirmatorum.
- Matrimoniorum.
- Infirmorum.
- Defunctorum.
- Parochialis.
- Celebrantium.

}

Regeſtum, aut exemplum conſtitutionum Pontificiarum, literarum Paſtoralium publicatarum, & aliarum huiuſmodi ad præſcriptum.

Index Decretorum, Prouincialium, & Diœceſanorum, quæ communiter in Parochia non obſeruantur, cauſis, & impedimentis narratis.

Index ſeparatus eorum, quæ ad vſum, & ad adminiſtrationem ſanctiſsimæ Euchariſtiæ habet.

Indices {
- Muſicorum, cantorumuè.
- Organo in quauis Eccleſia ſonantium.
- Puerorum, adoleſcentiumuè vitæ Eccleſiaſticæ diſciplinam ingredientium.
- Laicorum in funeralibus, alijſque officijs, eccleſiaſticiſuè muneribus operam aliquam præſtantium.
- Hominum operibus pijs exercendis, aptorũ, aut iam deditorum.
- Medicorum.
- Chirurgorum.
- Tonſorum, aliorumque artem medicam exercentium.
- Ludimagiſtrorum, aliaſuè liberales artes profitentium.
- Mulierum item docentium.
- Notariorum.
- Pictorum.
- Sculptorum.
- Bibliopolarum.
- Impreſſorum.
- Cauponariam, aut cœnaculariam exercentium.
- Saltandi, tripudiandi, ac ſonandi in choreis artem profitentium, docentiumuè.
- Opificum, artificumuè in ſua Parochia frequentiorum.
- Eorum, qui primũ ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramẽtum admittendi ſunt.
- Pupillorum, viduarum, aliorumque verè miſerabilium.
- Puellarũ in periculo exiſtentium.

}

Con-

**Indices**

- Coniugum inter ſe diſiunctorum.
- Aut illegitimè coniunctorum.
- Hæreſis quouis modo ſuſpectorum.
- Excommunicatorum.
- Interdictorum.
- Inconfeſſorum; &
- Eorum, qui in Paſchate ſanctiſsimam Euchariſtiā non ſumpſerunt.
- Immunitatem Eccleſiaſticam impedientium.
- Laicorum iure proprio decimam exigentium.
- Eorum, qui decimam non ſoluunt; vbi vniuerſaliter ſoluitur.
- Abuſuum Parochiæ frequentiorum.
- Superſtitionum.
- Publicè, & ſcandaloſè peccantium.
- Blaſphemorum.
- Adulterorum.
- Concubinariorum, concubinatuſuè ſuſpectorum.
- Talis, aleauè ludentium.
- Aut iſtis domicilium exponentium.

(Blaſphemorum … exponentium:) qui, vbi peccata publica, nō ſunt, ſeparatim, ac ſub ſigillo dādi ſunt. Synod. xi. quæ ad Viſit.

In Diœceſi à Vicario foraneo præparanda. Liber mulctarum.

**Indices**

- Votorum publicorum.
- Proceſsionum.
- Parochialium, in quibus concio formalis habetur tempore Quadrageſimæ, & Aduentus.
- Parochorum, qui ad concionandum apti non ſunt, ſed de libro tantum concionantur.

Fines, & diſtantia parochialium plebis.

In Eccleſia præpoſiturali capite plebis.

Liber diſtributionis oleorum ſacrorum, & aquæ baptiſmalis.

Omnes autem pridie illius diei, quo Epiſcopus viſitaturus eſt; chirographa, ſchedulauè in promptu eſſe curent eorum, qui ſanctiſsimum Confirmationis Sacramentum ſuſcepturi ſunt, & compatrum, commatrumque. Vbi Epiſcopus viſitat.

Quod autem de ſacris reliquijs, indulgentijs, facultatibus, & decretis Viſitationum, indumentis, ornamentis, ſuppellectili eccleſiaſtica, libris, ſcriptis, inuentarijs, indicibus, fundationibus, redditibus, emolumentis, oneribus, vſurpationibus, alienationibuſque, titulis etiam beneficiorum, & ordinibus, cæteris denique Rectori, Præfectouè Eccleſiæ præſcriptum eſt, id omne aliorum beneficiorum obtinentes, aut quouis modo, ſeu nomine adminiſtrationē, curamuè habentes; & rurſus fabricarum Præfecti, & confratriarum, hoſpitalium, eleemoſynarum, locorum, ac operum piorum quiuis curatores, cum viſitandi erunt, præſtent; quatenus eo de genere conſtitutum vllo modo ad ipſos pertineat. Patroni quoque iura patronatus exhibeant.

Hæc de præparatorijs, nunc de Viſitatione ipſa dicendum eſt: & ſic ad ſecundā huius opuſculi partem tranſeamus.

# PARS SECVNDA.

## CAPVT I.

### De modo Viſitandi.

EXPLICITIS præparatorijs, nunc videndum eſt, quo ordine Viſitator ꝓcedere debeat: nam ſi Viſitatio ordine expediatur, facilis erit labor, & magnus fructus, ſicut ex inordinabiliter actis optatus fructus minimè ſequitur.

c. qualiter de accuſat.

Epiſcopus igitur, niſi legitimè impeditus fuerit, ipſemet propriam diœceſim viſitare debet: ſed antequam cleri, populiq; viſitationem ineat, diuino prius auxilio implorato, à ſe, ſuaque familia viſitandi initium vtiliter faciat: quia aliàs nunquam purè maculam in membro conſiderat oculus, quem puluis grauat; & ſuperiectas ſordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent: & ne in viſitatione vice ſalutis animarum, de quibus tractatur, ſcandalum præbeatur; ſed, vt potius reliqui omnes domeſticæ illius viſitationis actione, executioneq; excitati paſtoralia iuſſa facilius & fœlicius exequantur.

Soc nu. 25.

c. ea, quæ § ſi Vero de ſtatu Mona.

S. Greg. 7. Morala

Pauin. p. 1. q. 3.

Conc. Prou. 4. eod.

Deinde, niſi aliud cenſuerit, (cum in hoc ordo *cap. 1. de cenſib. lib. 6.* in Epiſcopo non ſit ſubſtantialis) à cathedrali, cuius ipſe præcipuum caput eſt, incipiat; poſtea viſitet Eccleſias Collegiatas, in quibus, ſi ſibi placuerit, confirmandos ex vicinioribus Parochijs confirmabit; Parochiales, & alias quoque Eccleſias etiam commendatas, etiam equitum ordinis Hieroſolymitani, ac oratoria, & Capellas intra Parochiæ limites, etiam Monaſterijs vnitas, & illas, quæ his conditionibus inſtitutæ ſunt, vt Ordinarius, aliuſuè ſuperior Eccleſiaſticus, ne viſitationis, correctioniſuè cauſa id ſibi vendicare poſsit; alioquin nulla ſit erectio, ac teſtatoris voluntas; niſi inſtitutio ſedis Apoſtol. auctoritate comprobata erit; quia tunc non viſitabit, niſi negligentes fuerint illi, quibus à teſtatore id commiſſum fuerit; Hoſpitalia, confraternitates in Eccleſijs quoque Regularium erectas, Montes pietatis, & alia loca pia, quæ immediatè ſub Regum protectione non ſunt, etiam laicalia merè priuata, in ijs videlicet, quæ ad obſeruandam, exequendamque piam teſtatorum voluntatem ſpectant; ſcholas quaſcunque, ac bibliothecas, & tabernas librarias; ædes, habitationeſuè Eccleſiaſticorum, etiam ſi in priuatorum, laicorumque domibus degant; Eccleſiaſticos denique quoſcunque ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, & populum tandem ſeparatim, niſi qualitas negotij aliud expoſcat, in ijs, quæ ad forum Eccleſiaſticum ſpectant, vbi intẽdit imponere pœnam pro crimine: extraiudicialiter autem ad finem imponendæ pœnitentiæ de omni crimine inquirere poterit. Monaſteria verò Monialium etiam Regularibus ſubiecta quoad clauſuram, in vrbe, vel poſt perfectam clericorum populique viſitationem, vel opportuniori tempore viſitare poterit. Seminarium etiam cómodiori tempore, & tertio quoque menſe viſitabit; perfectius quidem bis quotannis videlicet in hebdomada poſt Paſcha, & ante vacationem, vt dicitur, ſtudiorũ, quæ Idibus Septembris vel circa fieri ſolet.

Concil. Prou. 1. eod.

Doct. in d. c. 1

Pius V. Conſtit. 139.

Concil. Prou. 6. eod.

Concil. Prou. 4. eod.

Conc. Prouinc. 4. eod.

Soc. ſub nu. 14.

Conc. Prou. 2. tit. 2. decret. 25.

Expe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hoſt. in ſum. de cenſib. §. fin. S. Anto. d. c. 6. q. 6. d. c. 1. c. cum Apoſtolus de cenſib. Doct. in d. c. 1. Cald. conſ. 8. de cenſ. Pauin. p. 1. q. 5. Fuſch. lib. 1. c. 4. nu. 9. S. Anto. lib. 3. tit. 20. c. 6. §. de ſocietat. Conc. Prou. 4. eod. c. vt iuxta, & ibi But. de off. ord. Pauin. 1. q. 5. arg. c. in ſingulis, de ſtatu Monac. Conc. Prou. 4. eo. Conc. Prou. 4. eo. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. Rebuff. rela. à Fuſch. lib. 1. ca. 2. n. 18. c. ſi Epiſcopus.

Expedita viſitatione Ciuitatis, in qua Epiſcopus procurationem, etiam ſi Eccleſia Epiſcopatui contigua ſit, & etiam ſi domum ſuam ad prandiũ reuertatur, recipere poteſt; cum procuratio in ſignũ ſubiectionis detur; progredietur ad Eccleſias, & loca diœceſis: & ſiue in ciuitate, ſiue extra ciuitatem, caueat, ne in aliqua Eccleſia vltra quàm opus ſit, moretur, ne illa nimis grauetur, & aliarum viſitatio negligatur. Obſeruet autem in Viſitatione, quæ in Põtificali præſcripta ſunt: & confirmandos confirmet, & cõſecranda, conſecret: Ex cauſa tamen aliquid præponere, aut poſtponere poteſt.

Et vt facilius omnia ſuccedant, viſitationis negotia inter miniſtros, quos ſecum ſecundum qualitatem Eccleſię viſitandæ in vrbe aſſumere debet, diſtribuat: Extra autem ciuitatem, ſaltem Canonicum Eccleſiæ Cathedralis, ſi idoneus ſit, cum duobus alijs Sacerdotibus, ſi haberi poſſunt, huius rei vſu peritis, præter Capellanum, & Notarium habeat. Reliqua verò familia moderata, & vtilis ſit, quæ bonum exemplum præbeat, & cuius opera neceſſariò indigeat; nec ad ſummum cõputata Epiſcopi perſona plures quã decem homines ſint; & iumẽta ſeptem: poteſt verò alios etiam, ſuis tamẽ ſumptibus, ſecum ducere: Vbi autem ipſe totam Ciuitatem, & diœceſim viſitare minimè poteſt, Cathedralem ſaltem, aliaſq́ue Eccleſias inſigniores viſitet; cæteras verò Vicario generali (illi enim hoc iure proprio haud competit) vel Viſitatoribus aſsignet; quibus victualium expenſas viſitati: cætera verò Ordinarius prouidere debent.

Nec videtur omnino damnanda opinio illorum, quia ad ſubleuanda expenſarum grauamina Viſitatores ad Eccleſias pauperes delegandos eſſe dicunt; licet indiſtinctè non ſit amplectenda, ſed forſan, quando Epiſcopus illas alias viſitauerit, illarumq́; ſtatus cognitionem habet, & operam ſuam minimè neceſſariam eſſe arbitratur, & quando illæ Eccleſiæ non omnino ſunt pauperes; eo enim caſu ceſſat illa ratio, cum Epiſcopus illas ſuis ſumptibus viſitare teneatur, quando videlicet paupertas eſt euidens: Vbi ergo eſt penuria, & Eccleſia non ea eſt, quam ſuis ſumptibus Epiſcopus viſitare teneatur, neque requiratur ipſius Epiſcopi opera, tũc forſan expediens aliquando erit, Viſitatores mittere, licèt Epiſcopus nullo detineatur impedimento, & ex illis locis ad loca inſigniora, vel magis commoda confirmanda confirmandos conuocare poterit. In reiteratione autem Viſitationis, tum ipſe, tum etiam Viſitatores inferiores, illas Eccleſias, illoſq́ue Clericos, & populos viſitet, qui in priori viſitatione ab eo viſitati non fuerunt, niſi alijs viſitationis officium magis opportunum eſſe cognoſcat. Et hæc de Epiſcopo, quamuis multa ex his, & inferiori competant, & plura etiam ex illis, quæ dicentur, Epiſcopo quoque conueniant.

de offic. ord. li. 6. Petr. 1. c. 17. Pauin. 1. q. 6. Doct. in d. c. procurationes. Archid. in c. placuit 10. q. 1. d. c. 1. §. poſtquã de cenſ. 6.

Viſitator verò ab Epiſcopo delegatus, niſi alia forma ſibi præſcripta ſit, quam omnino ſeruare debet, priuſquàm viſitationis cauſa Eccleſiam adeat, Parochũ in Ciuitate, & Vicarium foraneum in Diœceſi, de eius aduentu certiorem faciat: reprehenſibile enim videtur, vt ſupra dictum eſt, viſitationem formalem ex improuiſo obire. Cùm verò ad viſitationem ſe confert, ſecum Notarium Clericum, & alium ad ſummum habeat, & vbi non ſunt Notarij Clerici, adhibendi ſunt duo alij Clerici ſcribentes in conſonantia; vel Notarius Apoſtolicus Laicus; Viſitanti enim ſoli non creditur; poteſt etiam, & expedit aliquando vocare ſibi Coadiutorem, Vicarium foraneum,

c. cum dilecta. de reſcript. Soc. ſub n. 8 & n. 31. Pauin. 1. q. 5. c. qualiter, & quando, de probat. Pauin. 2. q. 3. Imol. Clem. ſina. de ſtatu Mon.



neum,

Viſitāti ſoli non credit u g Petr. 1. cap. 3.

neum, vel alium Sacerdotē illius, vel etiā alterius plebis; quando videlicet quamplura ſunt negotia in illa Eccleſia expedienda: & primum ad caput plebis accedat, & ad ſe Vicarium foraneū pro informatione aſſumenda accedere iubeat: in progreſſu autem viſitationis etiam, cum alterius plebis viſitationem aggreditur, ad loca proxima, atque magis cōmoda pro ipſius plebis viſitatione ſe conferat.

Parochus verò veſperè antequàm viſitetur, & manè ſolemni campanarum ſono illius aduentus ſignum det; quo tēpore viſitationis populus frequentior ſit, cum dies viſitationis ſit ſolemnis, & feriata, & ad Eccleſiā omnes conuenire debeant, ita vt cenſuris etiā cogi poſsint.

Petr. 1. cap 2. Fuſch. lib. 1. cap. 4.

Aduentanti autem ad Eccleſiam, Parochus, aliuſuè Eccleſiæ Rector, & reliqui omnes Eccleſiaſtici illius Parochię, Eccleſiæuè ſuperpelliceo induti, qua debent reuerentia ad fores obuij aſsiſtant. Honorificè enim Viſitator recipiendus eſt ſecundum varias regionum conſuetudines.

c. Epiſcopi 7. q. 1.

Soc. nu. 32. Soc. ſub nu. 26.

Petr. 1. cap. 3.

Viſitator autem Eccleſiam magna cum grauitate, religione, & deuotione intret; & factis ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum humiliter precibus, ſi manè acceſſerit, atque Miſſam non celebrauerit, horaq; congrua ſit, cum ſine Miſſa viſitationem fieri minimè deceat, quæ tardius celebrari debet, recta in ſacriſtiam proficiſcatur, & inde ad celebrandam Miſſam ſecundum occurrentē diei ſolemnitatem ad præſcriptum Kalendarij, cum oratione de Spiritu Sancto, cum Gloria in excelſis, & Credo: & dum ipſe in Sacriſtia ſe ad celebrandum præparat, Notarius eius iuſſu literas patentes alta voce populo legat, atque publicet: ſi autem tempeſtiuum erit, Clerusq; ibi frequens ſit, defunctorum animas interim abſoluere poterit: hoc enim vt ſupra dictum eſt, quandocunque opportuniori ſc. tempore fieri poterit, ſi verò ad illam actionem Clericorum numerus minor erit, domum Parochialem ingrdietur, tractaturus cū Parocho de ijs, quæ ad totam illā viſitationem ſpectant, præcipuè de frequentioribus populi abuſibus, vt de illis ipſum etiā cōcionando arguere poſsit. Hora igitur opportuna celebrandi, cū videlicet populus frequens erit, celebret, aut ſi ipſe non poteſt, alium, vt ſupra, celebrare faciat: & ſi ipſe celebrauerit, lecto Euangelio ab ipſius latere, aperto capite, niſi & ipſe Epiſcopali dignitate fulgeat, ſtans ad populum ſermonē habeat, vel ſi ſuggeſtum aſcendere maluerit, depoſitis capſula, ſeu planeta, & manipulo, capite operto ſedens alloquatur, vel etiā ſi opportunius cenſuerit, poſt Miſſam differat. Poſt autem communionem, vel ſi ita iudicauerit, poſt Miſſam, ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum populo miniſtret. Peracto autem ſacro, ac ſacris veſtibus depoſitis, licèt etiam ante Miſſam fieri poſsit, ſuperpelliceo, ſiue, ſi Prælatus ſit, Rocchetto & Mantelletto, vt aiunt, indutus, cum ſtola coloris iuxta ritum Eccleſiæ, albi, vel rubri, ad altare maius reuertens pluribus luminibus, ac intortitijs accenſis, oſtiolum ſanctuarij aperiat, & ſacroſanctam Euchariſtiam ter genuflexus incenſet, cantante interim Clero, *O Salutaris hoſtia, &c.* vel *ô ſacrum cōuiuiū:* deinde extracta pixide è tabernaculo, & ſuper corporali mundo extenſo ſuper altari poſita, ſanctiſsimum Sacramentum diligenter viſitet, vt infrà dicetur; & poſtea in tabernaculo pixidem reponat, cantante Clero, *Tantum ergo Sacramentum, &c.* Pixide autem collocata ad gradus altaris dicat, *Dominus vobiſcum*, & orationē ſanctiſſimi

S. Ant. lib. 1 tit. 20 cap. 6 §. de ſocietatibus Fuſch. lib. 1. Soc. nu. 28.

Petr. p. 1. c. 3.

Petr. d. c. 3.

ſimi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimi Sacramenti, qua abſoluta, priuſquã oſtiolum claudatur, iterum genuflexus ſanctiſsimum Sacramentum ter incẽſet. Extinctis poſtea luminibus, quatuor exceptis, ſacras Reliquias viſitet, easq; ſtãs ter incenſet, canente interim Clero pſallẽdam, antiphonamuè, deinde orationẽ dicat, ſacris illis Reliquijs accõmodatã. Baptiſterium etiam & olea ſacra cũ luminibus duobus viſitet. Reliquum verò viſitationis ſuperpelliceo exutus abſq; luminib. proſequetur, vt infrà. Vbi autẽ à prandio illuc peruenerit, & illius loci viſitatio illo eodẽ die expediri non poſſit, viſitationi perſonali incũbat, vel inuentaria, indices, & alia, quæ à Parocho præparata eſſe debent, vt ſupra dictũ eſt, videat, & difficultates, ſi quæ in illis ſũt, euacuare conetur: præcipuè decreta viſitationum præteritarum reuiſat, & quę executa non ſunt, ſi cẽſuerit, etiã ab alijs quã à Rectore, cognoſcat: inuentaria bonorum, ac ſupellectilium Eccleſiæ cõferat, & ſi fortè aliquid deerit, defectus cauſã cognoſcat, vt infra latius dicemus. poterit etiam, ſi Clerus frequens erit, animas abſoluere, vel pios aliquos homines audire. Vnum non prętermittam admodum Viſitatoribus expediens, vt etiã à prãdio quotidie ante, vel poſt officium Veſperarum per dimidium horæ meditationi, vel ſaltem ſacrorum, piorumque librorũ lectioni incumbat. Et ſi vna die Viſitationem expedire non poterit, pluribus diebus, vt oportuerit, immoretur. Non enim verum eſt, quòd vna die tantũ procurãdus ſit Viſitator; quia, vt cõmuniter concludunt Doctores, ſi ſtatim poteſt redire pro perfectione Viſitationis, nonne melius eſt permanere, quandiu opus eſt, & ipſam Viſitationem perficere? Si verò aliquis recuſauerit viſitari, vel procurationẽ dare, excipiẽs ſe exemptum, licèt offerret ſe id incontinenti

Conc. Prou. 1. 10.

Archi. Ioan. Andr. & alij in d. cap. 1.

c. cum nuper de cenſib.

coram ipſo Viſitatore probare, aut corã alio cõpetenti iudice, etiam ſi appellaret ad S. D. N. poterit tamen excõmunicari; quia Viſitator in præiudicium ſui iuris, nec exceptionem, nec probationes oblatas recipere, neq; appellationem admittere tenetur. Et hoc poteſt facere delegatus, ſi poteſtatẽ habet: & quando cõſtat Ordinariũ eſſe in quaſi poſſeſsione; ſecus ſi contrarium conſtaret: in dubio autem penderet ex futuro euentu. Et Viſitator eo caſu debet procedere, vt pars, non autem, vt Iudex: non tamen poteſt excommunicare, aut interdicere ex ſola allegatione exẽptionis; quia ille per huiuſmodi exceptionem non diceretur ſpoliare Epiſcopũ; ſed requiritur, quod viſitationi reſiſtat. Tunc enim Epiſ. poteſt vti gladio ſpirituali, & tẽporali: quia etiam per violentiã intrare poteſt, & reſiſtentes expellere. Et cõducibilius eſſet, (quãdo non timeretur ſcandalũ) non vti cenſuris, ſed vi ingredi. ſi tamen quis ſe excuſaret, quoad procurationem, ob inopiam; eo caſu, quando paupertas eſt euidens, non debet, nec poteſt cogi. Si verò nõ eſt euidẽs, etiã per cenſuras cogi poteſt. Sed Viſitator non debet cogere, quãdo id eſſe verũ, probabiliter putat; ſecus verò, quãdo ſuſpicatur ipſum falsò paupertatẽ allegare. Neq; excuſatur Abbas, vbi Monaſterio imminet cura animarũ ob paupertatem Eccleſ. Parochialis, quia ratione populi ad procurationem tenetur: & hoc notandum eſt; quia facilè occurrere poteſt, & mihi occurrit in facto.

Innoc. in c. venerabilẽ de ſent. excom.

Soc. nu. 16. & nu. 24.

S. Ant. d. c. 5.

Hunc articulũ latè diſcutit Borg. deciſ. 28. nu. 40. lib. 1.

Soc. nu. 20.

Fuſch. lib. 2. c. 19.

Soc. nu. 28.

Ecclesia autem dicitur pauper, quando non poteſt aliquem honeſtè, & ſufficienter alere, hoſpitesque ſuperuenientes recipere; & quando ſibi & ſuis non ſufficit. Hoc tamẽ arbitrio iudicis relinqui ſolet. Si quis verò viſitationem impedire præſumpſerit, eſt excommunicatus in Bulla cœna Domini.

Butr. in c. fi. de offic. Arch. gl. in c. clericus, 21. q. 1.

Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 165. num. 8.

# CAPVT II.

## Quæ præcipuè Viſitator concionando populum docere debeat.

d. c. 1. §. ſanè,& ibi not. de cenſ. 6. Viſitator tenetur concionari ſaltem per aliũ.

CVM Viſitator ipſemet, vel ſaltem per aliũ concionari teneatur; ideò, quæ potiſsimum populum docere debeat, dicendum eſt.

In *Concilio Bracaren. ſecundo*, fuit ſtatutum, quę Epiſcopi viſitantes docere debeant: Id quod à *Grat. in lib. decret.* regiſtratum eſt. Sed quædam illorum in his regionibus nunc ſuperflua videntur.

d. c. 5.

S. Anton. verò ait prædicationem communem, & aptam ad populum eſſe, vel de duodecim articulis fidei, vel de ſeptem vitijs capitalibus, vel decem Præceptis; vel de ſeptem Sacramentis, vel de virtutibus, vel de beatitudinibus, vel de alijs materijs moralibus, prout expediens erit ſecundum qualitatem, & capacitatem audientium.

in opuſ. de regim. Archi.

S. Dionyſ. Carthuſ. inquit Viſitatorem populum docere debere.

1. Vt in primis decem Dei præcepta, necnon præcepta Eccleſiæ omnes ſcire, atque idem adimplere curent.

2. Vt odium præcipuè vitent, ac ſe inuicem diligant, exemplariter, atque pacificè mutuò conuerſando: qui hominem odit, neque Deum, neque ſeipſum, neque aliquem verè, ac ſpiritualiter diligit; ſed in damnationis eſt ſtatu: cùm etiam inimicos quilibet diligere teneatur.

3. Vt mortalia ſemper deuitent peccata; & in cibo, potu, ac in veſtimentis temperatè ſe habeant.

4. Vt circa ſuum Paſtorem, ac ſuperiores ſe habeant reuerenter, ac obedienter: oblationes, & decimas promptè, deuotè, fideliterque perſoluant.

5. Informandi ſunt coniugati qualiter inuicem ſe habere debeant.

6. Parentibus quid agendum circa ſobolem ſuam, illam educando, inſtruendo, corripiendo, & caſtigando, nuptuique tradendo, vel ad ſpiritualia hortando.

7. Item monendi ſunt Domini, quomodo cum familia, ac operarijs ſe gerere debeant.

8. Vt dies feſtiuos deuotè expendant; & crapulam vitent.

9. Vt in verbis modeſti ſint; cùm de omni etiam otioſo verbo ratio reddenda ſit.

*In Concilio Prouinc.* dicitur, vt Viſitatores concionando ſtudeant vehementi cohortatione ad religionem, vitæ innocentiam, pacemque & concordiam omnes adhortari. Conc. Prou. 1. eod.

In hoc ego, ſicut & ſemper Auditorum capacitatem, & qualitatem præ oculis præcipuè habendam, & ſimpliciter ad Dei gloriam, animarumque ſalutem, non autem ad pompam, vt dicitur, prædicandum cenſeo. c. oportet 8. q. 1. Soc. ſub num. 21.

Deinde frequentiores illius loci abuſus conſiderandi ſunt; & de ijs euitandis, ac de virtutibus illis aduerſantibus ſeminandis, vehementer agendum eſt.

Aduertendæ ſunt etiam Eccleſiæ neceſsitates; & eo caſu populus ad illas ſublenandas adhortandus eſt. Aliæ etiã circumſtantiæ perpendendæ ſunt; vt puta ſi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta ſi frugum abundantia, vel penuria ſit, & huiuſmodi, vt inde, vel de benignitate, vel de iuſtitia Dei agendum ſit; Qua occaſione populus ad purè Deo ſeruiendum, vel ſaltem ad ipſum timendum excitari poterit. Non alienum etiam puto, cùm vox concionatoris præcipuè vehementis, & qui auctoritate polleat, afficere multum videatur; in concionis initio aliquid de Viſitatione dicere, vt laici illam etiam ad ipſos ſpectare cognoſcant, vtq; ad ſui ipſius viſitationem quilibet excitetur; atque ad cooperandum in illa actione ad Dei honorem, & ad ſuam, proximique vtilitatem pro viribus incumbat. Et licèt qui in quolibet loco frequentiores abuſus ſint, ex Vicario foraneo, Parocho, & ab alijs viris pijs, & fide dignis cognoſcendum ſit, tamen tanquam magis communes infraſcripti, vel ſaltem plures ex illis ex *Pauino* colliguntur, de quibus monendus eſt populus. pauin. p. 2. q. 8.

Primum. Vt omnes dies feſtos colant, & Vt in Eccleſia deuotè verſentur.

Vt attentè, ac piè, ſacrificio Miſſæ, diuiniſque officijs interſint.

Vt mulieres ſint velato capite.

Vt ſuperſtitiones omnino fugiant.

Vt caueant, ne faciant abortum propter culpam inexcuſabilem.

Ne parentes infantes anno ætatis non expleto ſecum in lecto teneant.

Vt pueros ſuos moneant, & corrigãt; vt à furtis, mendacijs, periurijs, à cæteriſque malis moribus, & conuerſationibus caueant.

Ne eos magiſtris committant qui illos potius perdant, quam virtutibus, ac litteris inſtruant.

Ne iuuenes, & puellæ ſaltationibus, aut cantilenis laſciuis, præcipuè diebus feſtis inuigilent.

Ne puellæ ſe figmentis fucent, vt rubicundiores, vel candidiores appareant.

Ne pompa veſtium, & ſuperfluis ligaturis ac ornamentis vtantur.

Ne ſolæ cum viris domeſticè verſentur, neque cum omni genere mulierum.

Ne tempore interdicto ſolemnitates nuptiarum faciant.

Ne ſponſi ante benedictionem à Parocho recipiendam coniungantur.

Vt autem facilius huic muneri Viſitator ſatisfacere poſsit, locos aliquos cõmunes viſitationis tempore magis opportunos colligat, habeatque, vt, exempli gratia.

Ad excitandum populum ad cultum dierum feſtorum.

*In hac die expiatio erit veſtri, atque mundatio ab omnibus peccatis; coram Domino mundabimini, ſabbatum enim requietionis eſt.* Leuit. 16.

Ad conſtructionem, reparationem, & ornatum Eccleſiæ.

*Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus mundare ſancta, & renouare.* Machab. lib. 1. c. 4.

Et rurſus, *& cogitauit de altari holocauſtorum,* & reliqua.

*Et ornauerunt faciem templi coronis aureis, & ſcutulis,* &c. *Et facta eſt lætitia in populo magna valdè: & auerſum eſt opprobrium gentium.*

Ad ſoluendas decimas integras.

*Inferte omnem decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea; & probate me ſuper hoc dicit Dominus. ſi non apperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam,* &c. Malach. cap. 13.

Hæc autem omnia, videlicet acceſſum Viſitatoris, receptionem, Miſſæ celebrationem, concionem, &c. breuiter Notarius deſcribat hoc pacto.

1593. die 3. Martij.

*Multum. R. D. N. Viſitator delegatus à Reuerendiſſimo Domino,* &c. *vt literis*

*teris patentibus datis Mediolani die, &c. patet, acceßit ad Eccleſiam Præpoſituralem, Collegiatam, ac Parochialem S. N. caput plebis, quæ alias viſitata fuit per præfatum Reuerendißimum D. Archiepiſcopum die &c. & per R. D. N. die &c. vt ex ipſis viſitationibus in Archiuio Archiepiſcopali exiſtentibus patet: in qua quidem Eccleſia præfatus R. D. Viſitator fuit ab infraſcriptis RR. D. Præpoſito, & Canonicis reuerenter receptus, & facta oratione D. O. M. genibus flexis ante altare maius, in Sacriſtiam pro Miſſæ præparatione acceßit, interim, vt ipſius facultas, & auctoritas ad omnium notitiam facilius deueniret, & ne quis huius rei ignorantiam prætendere poſſet, eius literæ patentes per me Notarium infraſcriptum, mandato & iuſſu ipſius D. Viſitatoris alta voce ibidem lectæ, & publicatæ fuerunt, præſentibus R R. D. Præpoſito, Canonicis, & alijs pluribus de Clero, & Populo: & Miſſa de ſpiritu Sancto celebrata, & concione habita, acceßit ad viſitandum ſanctißimum Euchariſtiæ Sacramentum. circa quod inquiſiuit, mihiq; ſcribendum mandauit, vt infra.*

# CAPVT III.

## Quæ præcipuè videnda, ac perquirenda in Viſitatione materiali, & à Notario ſcribenda.

**Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentū.**

- An aſsiduè aſſeruetur, & vbi.
- An in hoſtia magna, vel in particulis.
- Quot reperiantur particulæ.
- Quando renouetur Sacramentum.
- Quando hoſtię, & particulæ.
- Pixidis purgatio, quando & quomodo fiat.
- A quo conficiantur hoſtiæ, & particulæ, & cuius expenſis comparentur.
- Vbi, & qualiter aſſeruentur.

Hæc & alia inferius ſcripta ſeparatim à Rectore perquirenda.

An proceſsio fiat tertia qualibet dominica, & quomodo eundo, & redeũdo.

Expoſitio quando, & quare fiat.

Et quomodo reponatur.

An cuſtodia in hebdomada Sancta ad præſcriptum *Conc. 6.* vbi, quomodo, & cuius expenſis.

An honorificè, & deuotè ad ægrotos deferatur.

An etiam tempore Paſchatis ad alios domi detentos.

**Tabernaculū.**

- Quale videlicet, quæ materia, & quæ forma, & quis ornatus, & an ſerico introueſtitum.
- An in ſummitate imago Chriſti reſurgentis, vel pectus vulneratum exhibentis, vel Crux parua quæ amoueri non poſsit.
- Oſtiolum eius quale, in qua parte

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Taber-naculũ { parte, quomodo munitum, & an facile aperiatur.
Clauis qualis: An ab alijs ſeiuncta, & quomodo cuſtodiatur, & an plures, vbi plures ſunt Parochi.
Vbi, & quomodo collocatum, & an firmiter hæreat.
An, & quomodo tectum: an ſit integumentum, quod baldachinum appellatur, an conopeum, & quale.
An in ipſo, vel ſub ipſo aliquid aliud retineatur.
An ſit benedictum, à quo, & quando.

Lãpas { An iugiter è regione ardeat lampas, vel cereus, & cuius expenſis.
An lumen oleo oliuarum nutriatur.
Quot lampades ardeãt diebus feſtis, & ſolemnioribus, & quot cerei.
An lampas ex aurichalco ſit.
An ex alia materia, & an nitida ſit.
An ſingulis hebdomadis expurgetur, & à quo.
An in lampade aliquid curioſum immiſceatur.
An lampadariũ ſit, & quale.

Tabernaculum geſtatorium, pixides, & alia ſint, prout in indice eorum, quæ ad vſum, & ad adminiſtrationem ſanctiſsimi Euchariſtiæ Sacramenti pertinent.

Sacræ Reliquiæ { Vbi, & quomodo aſſeruentur.
Vaſcula, Armaria, Vela. } qualia.
Expoſitio, & oſtẽſio, quando, & quomodo fiat.
Claues quot, & quales, & penes quos.
An ſit aliqua hiſtoria Sanctorum, quorum reliquiæ inſignes ibi ſunt, & an publicè legatur.
An feſtus dies Sancti, cuius reliquiæ inſignes ſunt, ſolemnis agatur. Recognitio earum, & vnde tranſlatæ ſint, & quomodo ibi collocatæ; & an aliquæ abſq; Epiſcopi facultate, vel conſenſu additæ.

An ad ægrotos exportentur.

Baptiſteriũ. { Quale, videlicet, quæ materia, quæ forma, & quis ornatus Baptiſterij, & ciborij, & an tabella ad os eius.
Vbi eſt ſitum, an in capella, & in loco ad præſcriptum.
An conopæo tectum.
An clathris ſeptum.
Olea ſacra, an noua; & ſufficientia, & à ſordibus expurgata.
An vetera comburantur.
An decenter aſſeruata.
An in vaſculis ad præſcriptum, quæ ſint duplicata.
An cotyla è corio, intus ſerico veſtita.
An ſacculus albus ex ſerico.
An aqua baptiſmalis pura, & munda, & quando, & quomodo deferatur, & an in vaſe reponatur.
An vaſculum ſit ad deferendam aquam baptiſmalem.
An ſacrarium ſera, & claue munitum.
An baptizandi ante nonum diem deferantur.

Oleum ſacrum pro infirmis.
- An nouum, & ſufficiens, & à ſordibus expurgatum.
- An ſeruetur in vaſe ad præſcriptum in feneſtra à parte Euangelij in capella maiori, vel ſi ibi ſint ſacræ reliquiæ à parte Epiſtolæ.
- An feneſtra ſit tabulis, & ſerico intus circumſepta, & ornata, & an ſera, & claue munita.
- An clauis à Parocho cuſtodiatur, & vbi.
- An ſit aliud vas ſimile ad afferendum.
- An olea ita accommodata ſint, vt tranſlatione minimè effundi poſsint.
- Vnde aſſumatur, & an cũ Clero Parochiæ, & quomodo.
- An verus comburatur, & in ſacrarium proijciatur.
- An etiam bombyx.
- An vas in cotyla à corio intus ſerico veſtita aſſeruetur.
- An ſit ſacculus ſericus violaceus cum cordulis longis.

Et viſitatio hæc ſemper hoc in loco deſcribatur, licet differatur, vt quando ex aliqua cauſa oleum ſeruatur in domo Parochi.

Sacrarium. Quale, vbi, & an ſit ſera, & claue munitum.

- Quę ſit eius forma, an videlicet ad inſtar crucis, vel rotũda.
- Quo in loco ſita.
- Cuius longitudinis, latitudinis, & altitudinis.
- An populi capax.
- Tectum an laqueatum, & bene ſarctum.

Eccleſiæ
- Parietes an ſine rimis, an incruſtati, & an picti.
- An parietibus Eccleſiæ ſit annexa domus alicuius particularis.
- An locus, etiam ipſius Eccleſiæ, ad vſum ſordidum.
- Pauimentũ an integrum, an lateritium, an marmoreum, vel cæmentario opere factum.
- An ſolo æquatum, an ad illius ingreſſum aſcendatur, vel deſcendatur, & qua altitudine.
- An de fundatione conſtet.
- An ſit conſecrata, & an ipſius conſecrationis dies feſtus agatur.
- An in ea celebretur.
- An ſit libera, vel iuriſpatronatus.
- Quot Capellas, & altaria habeat.
- An munda, & nitida ſit.
- An in ea aliquid prophanũ retineatur.
- An imagines, & ſculpturæ veritati ſcripturarum, traditionumuè Eccleſiaſticarum aduerſentur.

An in eis effingendis ſit aliquid irreligioſum, inhoneſtum, falſum, aut non rectè factũ, & abſque recognitione, & facultate Præfecti.

An portentur aues, & ducantur caniculi ad Eccleſiam, quod non licet.

De Capella maiori.

Vbi, an videlicet in eminentiori loco, in capite Eccleſiæ.

Et ad Orientem verſus ſita ſit.

Longitudo, altitudo, & latitudo.

An ſit fornicata.

An ornata, vel ſculptura, vel pictura.

Paui-

Pauimentum eius an altius ſolo, & quantum.

Gradus ad eius aſcenſum quot & quales.

Clathra an ferrea, & qualia.

An imago Crucifixi ſub arcu decenti, vel vbi.

Chorus ſi ſit, vbi, & qualis.

Feneſtræ quot, quales, vbi, & quomodo munitæ.

An feneſtra, ſeu locus pro vrceolis, & vbi.

An clauus pro appendendo bireto celebrantis, & vbi.

De Altari maiori.

An lateritium, vel ligneum,

Latitudo, longitudo, & altitudo eius.

Gradus quot, & quales.

Bradella qualis.

Spatium { à pariete / à clathris } quantum.

Menſa qualis, & an conſecrata tota; ſi conſecrata an tela creata cooperta, & vbi non conſecrata, an ſit menſa lignea, & in ea petra ſacrata inſerta ita, vt vix digito dignoſcatur, & ne ab altaris fronte vltra ſex vncias diſtet.

An petra ſacra longa, & lata ad præſcriptum.

Telare an ſit, & quale.

Gradus pro candelabris, vbi opus eſt.

Vmbella, ſeu baldachinum.

Mappæ quot, & quales,

Tela, Crucifixus, candelabra, tabella ſecretorum cum coronicibus, ac reliqua ſuppellectilia, vt in indice proprio.

Redditus diſtincti, & vnde.

Onera diſtincta.

Quis oneribus ſatisfaciat.

A quo tempore.

Cum qua facultate.

Et an plenè ſatisfaciat.

Schola Sacramenti an ſit, de qua in loco ſuo.

De Capellis, & Altaribus minoribus.

Titulus, forma, redditus, & onera eorum, &c. vt ſupra.

An ſine permiſſu Epiſcopi ædificata ſint.

Oſtia {
Quot.
Qualia.
Vbi.
Ad quos vſus.
Quomodo munita, & tuta.
Quorum valuæ quales. }

Feneſtræ {
Quot.
Quales.
Vbi.
Quomodo munitæ. }

Campanile {
Quale.
Situs eius, & vbi eius oſtium.
Campanæ quot, quales, & à quo pulſentur; cuius expẽſis campanæ, & funes comparentur, reſtaurenturuè.
An ita accomodatum ſit, vt aſcendi poſsit.
An ſit Horologium.
An crux in eius ſummitate.
An fiant pulſationes congruentes ſecundùm decentiam horarum, & diſtantiam populorum, maximè in diebus ſolemnibus.
An inſeruiat ad vſũ profanũ. }

Labrum aquæ benedictæ {
Quot, quale, & vbi.
An aſpergillum decens catenula appenſum. }

Suggeſtus {
Qualis.
Vbi.
An firmus.
Cuius expenſis. }

Organum {
Quale.
Vbi.
Cuius expenſis manuteneatur.
A quo pulſetur, & cuiꝰ expẽſis.
Quando vſui ſit.
Quis ſit ſubleuans folles, & cuius expenſis conducatur. }

**Confeſſionalia**
- Quot.
- Qualia.
- Vbi.
- An ſit feneſtella cum lamina, & tela, vel ſaltem burato ad præſcriptum.
- An imagines ſacræ, quot, & quæ.
- An tabellæ etiam affixæ ad præſcriptum.

**Sedilia muliebria**
- Quot.
- Qualia.
- Cuius expenſis confecta.

**Sepulturæ.**
- Quot.
- Quales, & an duplici integumento opertæ.
- Vbi.
- Quorum ſint.

**Capſæ, abaciuè eleemoſynarũ & incertorum**
- Quot
- Quo loco.
- A quibus & quomodo — curentur.
- Eleemoſynæ quomodo diſtribuantur.
- Res incertæ, quãdo & Quomodo — diſtrahãtur.

**Vas oleorum pro lampade.**
- Quale.
- Vbi.

**Sacriſtia.**
- Vbi.
- Forma eius.
- Feneſtræ quot, & quomodo tutæ.
- Antiporta.
- Altare, ſiue armarium ad altaris inſtar, cum mappa, cruce, & candelabris duobus: apud quod celebraturi induantur.
- Oratorium cum ſcabello, imagine ſacra, & tabella orationum pro Miſſa cum coronicibus.
- Vas aquarium, quale, & vbi.
- Linteum candidum.
- Vas pro lauandis purificatorijs, & corporalibus.
- Armarium pro paramentis quot, & quale.
- Redditus ordinarij & extraordinarij.
- Suppellex, vt in indice.
- Cuſtos quis ſit.

**Atriũ, Porticus vel veſtibulum.**
- An ſit.
- An decens,
- An immunitate gaudeat.
- An in eo profana exerceantur.
- An candelæ vendantur.
- An ſit aliqua ex parte vſurpatũ.
- An ſit mundum.

Circa Eccleſiam an immunditiæ ſint.

**Cœmeterium.**
- Quale, videlicet an oblongum, vel quadratum, & an amplum, Vbi.
- An muro circumſeptum, & qua altitudine.
- An in eo crux conſtituta, & integumento operta.
- An Capella, & Vas aquæ benedictæ cum aſperſorio non appenſo.
- An oſtia tria.
- An Carnerium.
- An ſine arboribus, & alijs huius generis.
- An tranſitus, & per quos.
- An ſordes in illud proijciantur, & à quibus.

**Fabrica Eccleſiæ**
- An ſint, ad quos cura ſpectet ex aliqua diſpoſitione, vel conſuetudine.
- An fabrica negligatur.
- An expẽſæ fiãt ad propriũ, & ad vtiliorem vſum.
- Et deſcribantur onera ipſius fabricæ.

**Aedes parochiales & Canonicales**
- An ſint propriæ Eccleſiæ,
- Quot locis conſtent, & quales ſint.
- An ſint proximæ Eccleſiæ, & tunc,
- An immunitate gaudeant,
- An habitentur à Parocho,
- An etiam ab alijs, & an à laicis, & à quibus.
- An in illis iudicia ſecularia exerceantur.
- Oſtium, an vnicũ, vel plura,
- An proſpectus in eas, & vnde.
- An reſtaurandæ.
- An impenſę fiant pro modo redditũum, & præbẽ darũ.
- Claues canonicæ penes quẽ noctu cuſtodiantur.

**Archiuiũ.**
- Vbi.
- Quale.
- Quomodo clauſum, & penes quos ſint claues.
- An, & quot Archiuiſtæ conſtituti.
- An, & quomodo mutẽtur.
- An ab omnibus illius plebis, vel Collegiatæ, vel Parochiæ delatæ ſint ſcripturæ ad Eccleſiam ſuam ſpectantes.
- An deferantur intra ſex menſes.
- An cuſtodiantur periculo Archiuiſtarum.

**Bibliotheca.**
- Qualis, & vbi.
- An libri ordine, vel aceruatim diſpoſiti ſint.
- An benè, & fideliter cuſtodiantur.
- An reconcinnentur, & inſtaurentur.
- An iudex certo loco in perpetuum aſſeruetur.
- Quis ſit bibliothecarius, & à quo deputatus.
- Quæ ratio inita ſit pro librorum Eccleſiaſticorum copia augenda.

**Præbẽdæ.**
- Quot.
- Sub quibus titulis
- Et earum redditus, & onera.

vt in indice.

**Parochia.**
- Quomodo diſtincta, an videlicet familijs, vel certis terminis.
- An extendatur extra Ciuitatem, vel oppidum.
- Eius fines, vt in indice.
- An Parochus ſufficiat pro Sacramentorum adminiſtratione.
- Quot animæ in Parochia ſint, videlicet à communione in Ciuitate. n.
- Extra Ciuitatem. n.
- In totum in Ciuitate. n.
- Extra Ciuitatem. n.
- An aliquod flumen, vel aliud impedimentum ſit, cuius cauſa impediatur Parochus, ne Sacramenta aliquando miniſtrare poſsit.

Monaſteria, Eccleſiæ, oratoria, hoſpitalia, loca pia, &c. vt in proprijs indicibus.

Vlterius in Eccleſiæ Præpoſituralis, vel aliàs capitis plebis viſitatione, vel in fine totius plebis viſitationis deſcribendæ ſunt Eccleſiæ, perſonæ Eccleſiaſticæ, circuitus totius plebis.

Diſtantia locorum plebis, atque plebes finitimæ, exempli cauſa.

In Plebe Corbettæ ſunt
- Præpoſituralis collegiata vnica.
- Præbendæ nouem.
- Canonicatus verò duodecim.
- Eccleſiæ Parochiales. n. 17.
- Portiones verò. n. 19.
- Eccleſia commendata. n. 1.
- Monaſteria Regularium. n. 3.
- Eccleſiæ ſimplices. n. 18.
- Oratoria. n. 27.
- Sacerdotes. n. 37.
- Clerici tonſurati. n. 8.
- In habitu inſeruientes. n. 15.
- Dignitates. n. 2.
- Sacræ Theologiæ Doctores. n. 2.
- Circuitus plebis milliaria. 20.

Diſtantia Parochialium etiam ab vrbe, & à capite plebis.

Corbetta à Mediolano mil. 13.

Mazenta à Corbetta mil. vno cum dimidio, à Mediolano 14.

2. Mercallum à Mazenta mil. vno, à Corbetta 2. à Mediolano 15.

Meſarum à Mercallo mil. vno, à Corbetta 3. à Mediolano 16.

Bernatum à Meſano mil. 2. à Corbetta 4. à Mediolano 18. Et ſic de alijs.

Plebes finitimæ
- Ab Oriente, Ceſſani, & Neruiani.
- A Ponente, Ticini Buffaloræ.
- A Meridie, Roſati, & Abbiati graſsi.
- A Septentrione, Legnani, & Dayraghi.

# CAPVT IV.

## Quæ potiſsimum à Viſitatore in viſitatione materiali præſtanda ſunt.

IN primis iuxta ordinem eorum, quæ ab Eccleſiæ Præfecto præparanda diximus circa Eccleſiæ, Oratorij, Capellæuè fundationem diligenter videndum eſt, quando Eccleſia fundata ſit, à quo, & an cum conſenſu Epiſcopi, qui in antiquis præſumitur interceſsiſſe, quando Eccleſia eſt decens, & ad præſcriptū fabricata: nam ſi aliter eſſet, contrarium eſſet præſumendum, niſi ab Epiſcopo viſitata fuiſſet, ab eoque in illa viſitatione ordinationes factæ eſſent, in quibus nihil de Eccleſiæ demolitione diceretur, quia tunc videretur conſenſum præſtitiſſe: vbi verò ſemel, & iterum etiam viſitaſſet, & nullum confeciſſet decretum, vel ſaltem non appareret, & Eccleſia alijs quoque indigeret, ex hoc non arbitror ipſam fuiſſe approbatam, quia ex decretis oſtenditur voluntas Viſitatoris: quæ ſi aliqua ex cauſa facta non fuerint, vel omiſſa ſint, voluntas, & conſenſus Viſitatoris apparere non poteſt. In dubio autem, ſi ibi publicè celebratur, præſumitur apporobata.

Faciunt. not. per Archid. in c. ne mo, de confec. diſt. 1. & per Alex. cōſ. 101 ſub nu. 5. lib. 7.

Videantur etiam, an aliqua ſit conditio in fundatione, quæ adimplenda ſit & legitima fuerit, eam omnino adimpleri ſtudeant: ſic etiam de erectione collegiatæ, vel curæ, & de dote Eccleſię,

licèt

licèt ob antiquorum in Curiam, vel ob temporum iniuriam raræ ſint ſcripturæ antiquæ Eccleſiarum.

Circa Eccleſiæ conſecrationẽ, dedicationemuè, cognoſcat Viſitator, per quẽ facta ſit, & quo tempore, &, vbi conſtat, ſi in Eccleſia monumentum publicũ non ſit, apponi curet, & ſi dies incertus ſit, diem præſcriptum ſtatuat, & vt dies ille feſtus, & ſolemnis agatur, decernat; Parochoque alijuè Eccleſiæ Præfecto mãdet, vt id in librum Parochialem, ſiue actorum Eccl. referat. De conſecratione verò Eccleſię, vel altaris, ſi dubitatur debet cõſecrari, & ſi motum fuerit altare, Eccleſia iterum conſecranda eſt, ſi verò moti ſunt parietes tantùm, ſolùm eſt reconcilianda.

c. Eccleſiæ cap. ſi motũ de conſec. diſt. 1.

Quoad ſtatuta verò in Eccleſijs collegiatis, videat à quo condita fuerint, & an ſint cõfirmata, & à quo, & an iura a ipſa ſtatuta, vel in ipſis contenta, & an Canonibus, & concilijs conſona, & præcipuè an ſint, quę Simoniam ſapiant, vel in præiudicium tertij confecta. Num etiã aliqua ſint, quæ non obſeruentur, & ſi non obſeruantur, an prius illa ſublata fuerint, & an periuri ſint Canonici. Et vbi aliqua ſtatuta minus legitima ſint, Viſitator deputet duos de capitulo, ſi idonei ſint, vel alios, qui ea reforment, & ad ipſum deinde afferant recognoſcenda, & poſtremo ad Ordinarium, vel ad S.D.N. confirmanda, ſi confirmatione opus ſit. In primis autem curet, vt periurij occaſio tollatur.

Circa priuilegia Viſitator videat, à quo, & quando conceſſa ſint: & an illis per Sac. Conc. Trid. per quod plura ſublata ſunt, per Pontificiaſuè ſanctiones, vel aliter derogatum ſit, an ad tẽpus cõceſſa ſint, an vltra conceſsionis cauſam extendantur. Nam priuilegium ſtrictè intelligendum, & ad eius cauſam limitatam reſtringendum eſt, & an cauſa expreſſa, vel tacita ceſſet: an per abuſum, vel per non vſum, quando reſpicit fauorem perſonarum illius Eccleſiæ, priuilegium amiſſum ſit: Nam quando Eccleſię fauorem reſpicit, tunc priuilegium minimè amittitur.

Abb. & alij in c. cum ordinẽ de reſc.

c. cum acceſsiſſent, de conſtit.

Quoad conſuetudines, & ritus potiſſimum videat, & cognoſcat, an ſint rationabiles. Conſuetudo enim irrationabilis corruptela, non autem cõſuetudo dicitur; an ſint præſcriptæ, & quæ contra canones ſunt, an ſupra hominum memoriam, vel ſaltem vltra quadraginta annos introductæ; an à Sac. Conc. Trid. vel alio iure reprobatæ ſint: an ſint oneroſæ Eccleſiæ, quia tunc remouẽdæ ſunt, quando ſunt multum oneroſæ, niſi vltra hominũ memoriam introductæ ſint. An conſuetudo ſit certa, vel dubia: nam quæ dubia eſt, non eſt quaſi conſuetudo obſeruanda, donec declaratum fuerit eſſe certam conſuetudinem: & rationabilis conſuetudinis tranſgreſſores tanquam legis præuaricatores puniendi ſunt.

c. 1. & c. fin de conſuet.

c. fin. de cõſuet. & ibi Dec.

Turrecrema. in c. in his diſt. 11. d. c. in his.

Sacras verò reliquias recognoſcere Viſitator debet, & ſi de recognitione aliàs diligenter facta conſter, videat ex collatione inuentariorum, an aliquæ ſublatę, vel additæ ſint, & qua facultate. Et vbi hoc in genere delictum inuenerit, delinquentes grauiter mulctet, puniatuè: Et ſi eos neſciuerit, clauium cuſtodes, quos etiam mulctare debet, niſi ipſas decenter, ac tutò iuxta facultates Eccleſiæ aſſeruauerint.

Cætera de ſacris reliquijs ſupra dicta ſunt.

De indulgentijs autem; In primis eas Viſitator recognoſcat, & an expirauerint, vel reuocatæ fuerint, accuratè videat, & an à deputatis vigore Sac. Conc. Trid. recognitæ fuerint, & an in proprio eiuſdẽ generis codice, vel in tabella exſcriptæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcriptæ ſint, & eius exemplar in archiuio, vel in ſacriſtia aſſeruetur. An de Ordinarij facultate promulgentur. Literæ indulgentiarum vbi affigantur: capſa, in quam eleemoſyna fidelium conijcitur, vbi ponatur. Eleemoſyna, quę eo nomine offertur, per quos colligatur, & cui attribuatur.

Circa ſuppellectilem Eccleſiaſticam videat, an ſit ad præſcriptum inſtructionum, quoad numerum, formam, & nitorem; præſertim verò in Eccleſijs Parochialibus, vt omnino ſit qualis in Synodo vndecima præſcripta eſt, alioquin mulctetur Rector, vt ibi dicitur. An decenter aſſeruetur, & ne permittat, vt in ædibus etiam Rectorum Eccleſiarum aſſeruetur, niſi neceſsitas aliter fieri coëgerit, & tunc facultate ſcripta ab ipſo impetrata ad tempus, ita tamen, vt in armario decenti, & in loco ſaltem cancellis diſtincto, & à domeſtico vſu ſeparato teneatur. Nec etiam permittat eam per manus Laicorum contrectari etiam ſub velamine cuſtodię. Cognoſcat etiam an veſtes, & alia, quæ benedicenda ſunt, fuerint benedicta, & à quo: quod in libro Parochiali deſcribendum foret. De corporalibus, purificatorijs, calicibus, & alijs huiuſmodi, ſi minus dicenda ſint, mox dicetur.

Syn. 11. 55.

Petr. p. 2. c. 5.

In Actis. De forma autem, & de numero ſuppellectilis habetur plenè *in inſtruct. ſuppell. Eccleſ.*

Circa libros Eccl. videlicet Miſſalia, & alios, quicunq; ſint, videat, quomodo decētes ſint, & quomodo aſſeruētur. Et ſi ex auaritia, vel negligētia Rectoris, alteriuſuè titularis ipſos neglectos viderit, in eũ animadertat, & vt diligēter cuſtodiātur, prouideat. Cōferat indices veteres, & cognoſcat, an aliquis deſit, & cuius culpa id factum ſit, intelligat: & vt inueniatur, reſtituaturque, decernat.

Curet etiam, quando amplius vſui in Eccleſia eſſe non poſsint, ne in aliquem ſordidum vſum, ſi ſacri ſint, vertantur; ſed vt comburantur, eorumque cineres in ſacrarium proijciantur. Libri verò in quibuſcunque Eccleſijs requiſiti, deſcribuntur *in inſtr ſuppel. Eccl.* In Actis.

Quod attinet ad dies feſtos, & ſolemnitates proprias, præſertim quando etiā concurſus exterorum eſt, & abuſus plurimi eſſe ſolent illis diebus ratione illarum ſolemnitatum, videat Viſitator librum Parochialem, in quo deſcripti ſint dies illi feſti, & abuſus, qui eo tempore committi ſolent, eoſque omnino euitari curet, præſertim commeſſationes, & tripudia, & ſi opus ſit, agat cũ Syndicis, & alijs maioribus de populo. Et quando abuſus eſſent graues, potius ab illis ſolemnitatibus ceſſandum eſſet, ſi aliter remoueri non poſſent, quàm illas profanè, & cum animarum detrimēto, celebrare. Et non ſolùm incumbat in hoc, vt abuſus tollantur: ſed vt etiam religioſè, & piè colantur feſta; cùm pro nominis Dei ſanctificatione ſint introducta.

Regl. nal. de reform. Ang. decret. 1 §. Vt in ſolemnitatibus.

Fuſth. lib. 1. c. 3. n. 29.

# CAPVT V.

## De libris à Parochis conficiendis, & comparandis.

CIRCA libros à Parochis conficiendos, qui præcipuè ſunt, ſtatus animarum, Baptizatorum, Cōfirmatorum, Matrimonio coniunctorum, infirmorũ,

& defunctorũ; Item alius (& hic requiritur etiam ab alijs Eccleſiæ præfectis) in quo tũ ipſe Parochus, tũ etiam alij, in ea Eccleſia celebrantes dietim, ac ordine ſcribere debent ſe celebraſſe, & ab Eccleſiæ præfecto ſubſcribendũ eſt, & vbi in hoc erratũ eſt, mulctandus eſt præfectus, & ſacerdos nõ ſubſcribens ad præſcriptũ Conc. Item expediens admodũ eſt, vt in Collegiatis, & Parochijs præcipuè ſit liber bene compactus, in quo deſcribãtur Eccl. fundationis, & cõſecrationis monumenta teſtificationeſuè, bona, iura, & cætera omnia, quæ ratione ipſius Eccleſiæ, vel Parochiæ in viſitatione requirũtur, vt ſupra in præparatorijs dictũ eſt, Itẽ alia notabilia, vt quando Epiſ. dictã Eccleſ. viſitauit; quando in ea confirmationis Sacramentũ miniſtrauit quando aliquid Eccl. ſiæ legatũ, donatumuè fuit; quando ipſe Rector vel Eccleſiæ præfectus beneficiũ officiumuè habuit, & plura alia huiuſmodi: Et hæc omnia diſtinctè. Circa (inquam) hos libros Viſitator inprimis videat, an liber ſtatus animarum ſit ad præſcriptũ inſtructionis, ita vt ex eo Parochus ſingullarum animarum curæ ſuæ commiſſarum cognitionem facilè habere poſsit; Et vbi in hoc eum defeciſſe cognouerit, ipſum arbitrio ſuo mulctet; ſicut etiam, vbi in alijs libris à præſcripta formula receſſerit. Deinde alios ſupraſcriptos libros inſpiciat: & ſi codices benè compacti, & decentes non fuerint, infra breue tempus alios bene compactos, & decentes comparari iubeat, etiam pœna appppoſita. Et aduertat ne Parochus quicquam aliud in ipſis deſcribat; ſed ea tantum, quæ ad rem faciunt. Et illa ordine, præcipuè in libris baptizatorum, & matrimonio iunctorum; qui quando ordinatè ſcripti ſunt publici ſunt, & probant: quia à Sacro Concilio Tridentino ſunt præſcripti; & alij etiam quia à Concilio Prouinciali ſunt ordinati in hac prouincia publici ſunt. Ad maiorem tamen authoritatem omnibus huiuſmodi libris præſtandam deſcribendi eſſent teſtes: & vbi sũt horologia, in libro baptizatorũ, addenda eſſet hora natiuitatis, *ſecundum Rebuff.* Sed & nõ vbi ſint horologia poſſet ſcribi circa horam tertiam vel ſextam; & in teſtes poſſunt adduci aliqui notabiles; & poſtea addi cum alijs pluribus, ſi fuerint præſentes. Et in libro defunctorum poterit ſcribi, quando mortuus eſt, quando ſepultus, & in qua parte Eccleſiæ, & qua pompa funeris, & qua hora. Sic etiam eadem ratione, in libris confirmatorum, & matrimonio iunctorum deſcribenda eſſet hora: non tamen eſt mulctandus, neque redarguendus Parochus, ſi horam non appoſuerit, neque teſtes ſcripſerit, præterquam in libro matrimonio iunctorum. Qui verò id præſtiterit in hoc laudandus erit. Intelligat præterea Viſitator, an Parochus vllum teſtificationum genus libris ſuis Parochialibus deſcriptũ, cuiquam tradat ſine Epiſcopi conceſſu, niſi aliquod, quo petenti teſtificatio fiat de eius ætate, vel natalibus: Et ſi illũ in hoc peccaſſe cognouerit, ipſum vel moneat, vel mulctet arbitrio ſuo. Et, vt Viſitator facilius perſpiciat, an libri ad præſcriptum ſint, formulas deſcribendas eſſe duxi.

Concil. Prou. 4. de ſacr. miſſ. §. in vnaquaque.

Synod. et.

Borgn. deciſ. 12. ſub n. 13. tom. 2.

Rebuff. in tract. de Regiſt. ſeu lib. baptiſ. & ſepult. Fuſch. lib. 2. cap. 3. Rebuff. vbi ſupra.

## Forma ſtatus animarum.

*Nella contrada del Maino.*

*Nella caſa di M. Franceſco delli Amici habita Co. Ch. Gio. Antonio di Piatti d' anni 50. barbiero.*

*Co. Ch Margarita ſua moglie d' anni 45.*

X. *Co. Franceſco ſuo figliuolo d' anni 22. ſartore.*

X. *Co. Antonia ſua figliuola d' anni 18.*

*Dioniſio figliuolo di Franceſco d' anni 4.*

Co. Ch. *Gregorio fratello di Gio. Antonio ſodetto d' anni 43. legnaiuaro.*

X. Ch. *Anna ſua figliuola d'anni 10.*

X. Co. *Pietro de Porri d' anni 16. ſeruo.*

Formula Baptiſmi ita deſcribitur.

*Adi primo di Febraro 1592. à hore 15. è ſtato battezzato da me P. Nicolò Beni Curato di S. Paolo, vel ſi aliàs ſcripſerit, Curato ſopraſcritto vn puttino, il quale nacque alli 28. di Genaro proſſimo alle 20. hore in circa, figliuolo d' Andrea Longo, è di Caterina Bibiana conſorti habitanti nella mia Parochia nella contrada de Specchij, è gli è ſtato poſto nome Luc' Antonio Longo. Compare è ſtato Aleſſandro figliuolo già di Giacomo Soleri della Parochia di S. Gioãni ſopra il muro; è Commare è ſtata Maria Seuerina moglie già di Tomaſo Seraſino della mia Parochia, preſenti Gioanni Bellone mio Chierico, Gio. Battiſta Lazerini, è mol' t'altri.*

Non tamen, vt ſupra dixi, neceſſariò ſcribenda eſt hora baptiſmi, & natiuitatis, neque addenda ſunt nomina teſtiũ.

Et ſi ab alio quàm à Parocho baptizatus fuerit, ſcribatur etiam de cuius mandato, vel facultate. Et vbi dubium erit, an infans baptizatus fuerit, ſcribat Parochus fuiſſe baptizatum cum conditione, ſi es baptizatus, &c. & ſic de expoſito, ſcribat infantẽ expoſitum fuiſſe baptizatum.

Sic etiam poteſt ſcribi liber confirmatorum omiſsis omittendis: addendus tamen eſt locus, in quo quis confirmatus fuit.

Formula Matrimonio iunctorum.

*Adi 5. Luglio 1592. hora 13.*

*Fatte le tre publicationi nelli tre giorni di feſta, cioè 23. 25. & vltimo di Giugno nella Meſſa Parochiale, alla preſenza ſempre d' vna gran parte del populo della mia Parochia, è non eſſendoſi ſcoperto alcuno impedimento frà Gioanni figliuolo d' Agoſtino de Seuoli della Parochia di S. Martino in Compito, & Lodouica figliuola d' Aleſſandro Vanni della mia Parochia, è ſtato celebrato queſta mattina nella mia Chieſa frà eſſi il Matrimonio per parole de preſenti all'interrogatione di me P. Aluigi Bonello Curato di S. Pietro alla Vigna (vel, Curato ſopraſcritto) preſenti il Sig. Pietro Bãdi, il Sig. Giulio figliuolo del Sig. Gio. Maria Caſtiglione, il Sig. Carlo figliuolo del Signor Giouanni Baſſo, è molt' altri huomini, è donne.* Gioãni Seuoli. Lodouica. Vanna.

Vbi verò denunciationes prætermittuntur, ſcribendum eſt, hoc pacto.

*Vſataſi la debita diligenza per intendere, ſe vi foſſe alcuno legitimo impedimẽto per il Matrimonio, che voleuano contrahere il Sig. Giulio Rauerti figliuolo del già Sig. Marc' Antonio, è la Signora Anna Viſconti figliuola del Sig. Nicolò tutti duoi della mia Parochia, ne eſſendoſi ſcoperto alcuno legitimo impedimento, è ſtato celebrato queſta mattina nella mia Chieſa il Matrimonio frà eſſi, pretermeſſe le denũciationi ſolite d'ordine di Monſig. Reuerẽdiſſimo Veſcouo, per parole de preſenti all'interrogatione di me, &c. vt ſup.*

Facultas autem conceſſa prætermittendi denunciationes eſt regiſtrata infra. ipſa verò habetur in filo cum alijs.

Vbi verò vnica tãtùm fit publicatio, ita deſcribendum eſt.

*Adi 8. di Maggio 1592. hora 12.*

*Fatta vna ſola publicatione in giorno di feſta, che fù alli 3. del preſente, nella mia Meſſa Parochiale, alla quale erano preſenti molti della mia Parochia, & altri, è pretermeſſe l' altre di ordine di Monſig.*

Vica-

*Vicario generale in abſenza di Monſig. Reuerendiſſ. Veſcouo, & non eſſendoſi inteſo eſſerui impedimento*, &c. vt ſupra.

*L' altre publicationi furono poi fatte alli 24. & alli 29. di Giugno nella Meſſa, come di ſop.*

Facultas autē permittendi denunciationes eſt regiſtrata *infra.* Ipſa verò habetur in filo cum alijs huiuſmodi facultatibus.

Concil. Prou. 1. quæ ad Sacra. Matr. Et ſi alius Sacerdos ex facultate Epiſcopi, vel Parochi Matrimonio contrahendo interērit: exemplum illius facultatis in libro deſcribatur: ita etiam de Coadiutore Parochi in libro de Matrimonijs ſcribat Parochus illius nomen, Concil. Prou. 3. de ijs, quæ ad Matr. & cognomen, diemque, menſem, & annum notet, quo ille Parochialis curæ Coadiutor adiunctus eſt, facultatemque Matrimonia celebrandi, ab Epiſcopo, vel ab ipſo conſecutus eſt.

Formula libri defunctorum.

*Adi 22 di Febraro 1593.*

*Il R. S. Geronimo Caſtiglione della mia Parochia è morto queſta notte paſſata à hore ſette, è meza; Fù cōfeſſato da me P. Gio. Antōio Curato ſoprascritto alli 17. &* Hiero. nimo. Caſti glione. *alli 20. del preſēte meſe, cōmunicato alli 18. hebbe l'eſtrema vntione; alli 20. fu ſepolto nella Chieſa Collegiata di S. Ambroſio nella ſepoltura de ſuoi maggiori, appreſſo alla Capella di S. Aleſſandro; v' interuennero il capitolo di S. Ambroſio, 24. altri Sacerdoti ſeculari, & li Frati di S. Angelo, preſenti il Sig. Paolo Clerici, il Sig. Camillo Guida, è molt' altri huomini, è donne.*

Vlterius alij libri conficiendi ſunt à Parochis, videlicet, de diſtributione eleemoſynarum, de votis, & conſuetudinibus pijs, & liber formularum de denuntiationibus dierum feſtorum, &c. de In Act. quibus habetur. *in inſtr. ſup. Eccleſ.*

Alios verò libros Parochus habere debet, præter illos, qui Eccleſiæ ſunt, atque ſucceſſoribus debentur; vt ſunt Breuiaria, Pſalteria, Sacramentalia, Pontificale, & alij, de quibus, vt ſupra diximus, In Act. *in libro Inſtru. ſup. Eccleſ.* Et hi ſunt teſtamentum vetus, & nouum, Conc. Tri- Concil. Prou. 1. co. Synod. 11. den. & Conc. Prouin. & Diœc. Catechiſmus Romanus ad Parochos, conciones R. F. Ludouici Granaten. vel aliud homiliarium ab Epiſcopo delectum, vel deligendum, Summa Antonina, vel alia ab Fuſch. lib. 1. c. 23. ſub nu. 3. & lib. 2. c. 13. n. 18. Epiſcopo præſcripta, vel præſcribenda: & in hoc genere præcipuè probari videtur ſummæ Mart. Nauar. & Franciſci Victoriæ.

Piarum inſtitutionum Theſaurus.

Regula doctrinæ Chriſtianæ. Syno. 11.

Alij etiam arbitrio Epiſcopi præſertim ad Euangeliorum, & Epiſtolarum explicationem.

Concil. Prou. 1. 20. Hortandi etiam ſunt Parochi, vt in lectione Paſtoralis S. Gregorij, & S. Io. Chryſ. de Sacerdotio aſsiduè verſentur.

Vtilis admodū eſt etiam lectio ſpeculi Io. Langhæ Crucij de vit. & hon. Eccl.

Expedit etiā habere aliquem Pſalmorum commentatorem, & aliquem, qui Miſſæ ſacrificium, aliaq; Diuina officia, & cæremonias explicet. Diligēter ergo Viſitator inſpiciat, an huiuſmodi libros habeant; ſicut etiā maximè inquirat, an Fuſch. lib. 2 c. 3. nu. 18. libros, aut ſcripta prohibita habeāt, etiā, quę res laſciuas, ſeu obſcœnas, & pietati, ac morū honeſtati inutiles ex profeſſo præcipuè tractant, narrant, aut docent; vel in quibus continentur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes artis magicæ, vel alia his ſimilia.

Verùm, quia parū libros habere prodeſt, niſi illis neceſſarium quoq; ſtudiū adhibeatur, cum hac de cauſa præſcripti ſint: ideo Viſitator non ſolùm Parochis; ſed vnicuique Eccleſiaſtico homini pro ingenij illius induſtria, intelligentia, &



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ingenij illius induſtria, intelligentia, & munere ſtudiorum rationes, & exercitationes ſingularib. decretis pręſtituat, ac præſcribat, & vbi opus eſſe viderit, aliquibus etiam præter illas ſtudiorũ exercitationes præſcriptas, iubeat, etiam pœna ſuſpenſionis, aliauè arbitrio ſuo propoſita, eos certo conſtituto tempore ad examinatores in vrbe eo potiſsimum nomine conſtitutos ſe conferre; vt doctrinarum, librorumuè, quibus ex viſitationis decreto ſtuduerint, accuratam diligentemque rationem ijs reddent.

Syno. II.

# CAPVT VI.

## De Legatis pijs.

Concil. Prou. 6. de bon. & iur. Eccl.

VISITATOR in viſitationis munere, de pijs legatis accuratè, diligēterq; inquirat; accerſitisque etiam ad ſe, ſi videbitur, hęredibus, alijſuè, qui ea exequi præſtareuè debēt, de illis ipſis decernat, certumq; præterea tēpus, quo ea illi pręſtent, omnino conſtituat; & ſi tempore conſtituto non ſoluerint, arbitrio Epiſcopi puniātur. Interim eorum nomina in tabellā in Sacriſtia loco conſpicuo affixam referri iubeat. Cognoſcat etiā an illa Rectores, & Notarij ad pręſcriptum denunciauerint, videlicet, Rector infrà quindecim dies, & Notarius infrà tres menſes, & ſi in hoc deliquerint, eos moneat, vel etiam puniat. Aduertat quoq;, ne piæ teſtatorũ voluntates vllo pacto prætermittantur, mutenturuè; vbi ſuſtineri, ac adimpleri poſſunt.

Concil. Prou. 2. tit. 3. de decret. 17.

In interpretatione verborum diligenter conſideret, an reſtrictiua, vel exemplificatiua ſint, adhoc, vt dignoſci poſſit, an legatum augeri debeat, vel non: quando ad onus perſoluendum id, quod ſoluitur, non ſufficit, neq; teſtatoris voluntas ex alijs cōiecturis diſcerni poteſt: Conſideret etiam an à principio erat ſufficiens legatum pro onere, vel non. Item an multum excedat onus à tempore, quo impoſitum eſt.

Borgni. lib. 1. deciſ. in indice verb. Verba. Borgni. deciſ. 17. lib. 1. ſub. nu 72. cap. quanto de cenſi. Tyraq. poſt alios de priuileg.

In hac verò frequentiſsima materia, pro vtiliori, ac faciliori Viſitationis expeditione, infraſcripta, quæ frequentiora ſunt, hic apponere conſtitui.

In cauſis ergo pijs memoria teneat Viſitator iuris diuini, & iuris naturalis tantum conſiderationem habendā eſſe.

Et in legatis generaliter factis ad pias cauſas melius deberi. Ideò vbi teſtator reliquit Eccleſię calicem, intelligitur de argento, vbi veſtem, intelligitur de ſerico, licèt hoc *Tyraq.* non placeat, ſed fortè procedet in dubio; & vbi alia efficacior præſumptio non eſſet.

Meminerit etiam conditionem mixtā caſu deficientem pro impleta haberi in legatis pijs; ſicut etiam in dubio de mera poteſtatiua dicitur.

Item voluntatē teſtatoris infrà annum executioni mādandā eſſe: Et vbi opus ſit, rem à teſtatore relictam hæredi ipſius iuſſa non implenti ſequeſtri nomine deponere iubeat; ipſumque ad omne emolumentum, & intereſſe ſoluēdum cogat.

Ampl. hæc concluſio, vt procedat etiā ſi hæres eſſet impeditus, alijſuè occupationibus detentus.

Secundò ampl. vt procedat etiam in declaratione, & in electione.

Primò limitatur non procedere, quādo qualitas operis longius tempus requirit; quia eo caſu ſufficit ita inchoaſſe, vt de eius negligentia minimè appareat.

Secundò limit. non procedere, quādo teſtator prouidit de tempore: quia eius voluntas ſeruāda eſt: & intelligitur currere tempus à die ſcientiæ, & à die aditę hæreditatis.

piæ cauſ. priuileg. 164. Bart in l. Titia. § Seia. ff. de ant. & argen. leg. Tyraq. priui. Aretin. conſ. 94. num. 4. Tyraq. priuil. 57. & 58. Authen. Amplius. C. de ſideicō. cap. nos quidem. vbi doct. de teſta. Concil. Prou. 2. tit 3. decret. 16. c. ſi hæredes. vbi Abb. de teſta. Tyraq. priuileg. 97. Aret. conſ. 94. num. 3. Tyraq. d priuil. 97.

De-

Abb. in d. c. nos. quidem.

Declaratur etiam hæc concluſio, vt nó procedat in legatis pijs, quantum ad hoc videlicet, vt expectetur annus: legata enim pia infrà ſex menſes ſoluenda ſunt: & currit tempus à die inſinuationis teſtamenti. Quantum verò ad deuolutionem executionis ad Epiſ. nec expectatur annus; ſed requiritur tãtum duplex monitio poſt negligentiam exequi debentis: Vbi verò vnica tantum monitio præcedit, expectatur annus.

Abb. in præcit. loco.

Aduertat etiã Viſitator, ne commutatio vltimæ voluntatis in aliũ vſum, quã expreſsũ, fiat; quia nequaquã fieri poteſt.

Clem. 2. de relig. dom.

Primò, ampl. hęc cõluſio, vt procedat, etiã ſi Epiſcopi authoritas interceſſerit.

Secundò, ampl. vt procedat etiam, ſi fieret authoritate legati de latere.

d. Clem. 2.

Primò, lim. non procedere, vbi authoritas Sum. Pont. interuenerit; quia Sum. Põt. id de plenitudine poteſtatis poteſt.

d. Clem. 2. Socin. de mãt. oblat. lib. 19. num. 3.

Secundò, limit. quando nõ poteſt ſeruari ad illum vſum propter aliquod impedimentum: tunc enim fieri poteſt authoritate Epiſcopi, & cõſenſu partium, & ſi pars non conſenſerit, Epiſcopus ſolus exequi poterit.

d. Clem. 2. Socin. d. nu. 3. Abb. in in d cap. nos. Soc. in præcit. loco n. 4. d. cap. nos.

Sublimitatur non procedere, quando teſtator vlterius proceſsit; ſicut etiã quãdo dixit, quòd poſsit cõmutari: ſed hæc nõ eſt ſublimitatio, quia tunc eſt implementũ, non autem cõmutatio volũtatis.

Tyraq. priuileg. 43.

Tertiò, limit. non procedere in commutatione tẽporali ex iuſta cauſa, quia eo caſu Epiſcopus poteſt.

Soc. d. num. 4.

Declaratur hæc cõluſio, vt procedat in vltimis volũtatibus, ſecùs fortè in cõtractibus, quia eo caſu poteſt fieri commutatio cum voluntate hæredis, vt *Soc.* ait, licet non audeat omnino affirmare, Contrarium autem videtur velle Abb.

Soc. d. num. 4. Abb in d. c. nos quidẽ in princ.

Aduertat etiã Viſitator, quando executio legati nemini mandata eſt: nã, ſi teſtator Eccl. conſtrui mãdet, & non dicat, per quem, hæres exequi tenetur: ſecus eſt in relictis pauperibus, vel pro redẽptione captiuorum: quia tunc Epiſ. eſt executor. Et curet, vt fructus medij temporis etiam ſoluantur. Quod locum habet, quando dies appoſitus eſt gratia legatarij; vel vbi legatũ relinquitur Monaſterio, vel capellæ conſtruendæ: tunc enim fructus medij tẽporis illi debẽtur.

Abb. in d. c. nos quidem, nu. 4.

Abb. in d. c. nos, num. 7.

Inſpiciat etiã diligenter, vbi legatum relictũ eſt pro aliqua puella nuptui tradenda etiam nominatim, an illud factũ fuerit intuitu perſonę, vel ad piã cauſam Hoc enim caſu deberetur alij puellæ, ſi illa deceſſerit, antequam conſequeretur legatum. Si verò aliquos legata pia, vel obligationes Eccleſ. factas defraudantes, & inuadentes inuenerit: niſi moniti emendentur, illos tanquã ſacrilegos puniat, etiam excõmunicationis ſentẽtia: qui ſi ſcienter pro defunctis legata defraudent, diuinæ pietatis exacerbationẽ prouocãt; & de fide futuræ reſurrectionis titubare dicuntur. Et quia ſæpè executoris incuria vltimæ voluntates differuntur, videat Viſitator, vbi executor exequi inchoauit, vel legatum pro executione ſibi factum agnouit; & ipſum ad exequendum compellat, vel alium illius expenſis deputet.

Abb. in d. c. nos, in fin.

c. nonnulli. 12. q. 2.

c. quæ oblationes. 12. q. 2.

Collect. in d. c. nos quidem.

Petr. p. 4. de legat. ſol.

# CAPVT VII.

## De Decimis, & Primitijs.

c. Parochianos.

CVM decimæ de iure Diuino in dominij recognitionẽ Deo debeantur, ab omnibus ſoluendæ eſſent: ſed vbi cõmuniter non ſoluũtur, non ſunt petẽdæ,

de decĩ. cũ ſim.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſ ſſ. 25. c. 12. S. Thom. 2. 2. q. 87. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 17. num. 12. Rebuff. poſt Aufr. de decim. q.

vel à peculiaribus, vt cōmuniter aſſerunt Doctores, vel à Papa, ſeu à Concilio, vt dicit *Couar.* quia aliter, ſecundum ipſum, non deberentur. Vbi autem communiter ſoluuntur, & aliqui ab earum ſolutione ſe immunes prætendunt; niſi illius immunitatis rationem oſtenderint, ad ſolutionem cogendi ſunt. Et ita fuit iudicatum hic *anno 1590. in cauſa Parochi Figini, contra D. Ioannem Antonium Cattaneum.* Et ſententia *Papiæ à R. Borgnino* confirmata fuit. Quod multò magis procedere debet in hac Diœceſi ob tempus duorum menſium conſtitutum prætendentibus huiuſmodi immunitates. Et quod de decimis dictum eſt, intelligitur etiam de primitijs: nam quibus in locis ſoluuntur, ab omnibus tam nobilibus, quàm ignobilibus, & ruſticis ſoluendæ ſunt: Idq́ue ad ſummæ ex communi illius loci conſuetudine, diuturnoq́ue vſu comprobatæ rationem: & ad eas in agro ſoluendas cogi poſſunt: & qui eas ſubtrahunt, earumuè ſolutionē impediunt, excommunicandi ſunt: nec ab hoc crimine, niſi reſtitutione ſecuta, abſoluendi ſunt.

Synod. 4. decr. 38.

Concil. Prou. 3. de ijs, quæ ad bon. Synod. 4. d. decr. 38. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12.

Inueſtituræ autem decimarum Eccleſiaſticarum, laicis hominibus in perpetuum factæ diligenter, accurateq́ue videndæ, ac recognoſcendæ ſunt: & niſi legitimè exigantur, ad reſtitutionem etiam fructuum compellendi ſunt. Noualia verò, licet decimæ alij ſoluantur, Viſitator, niſi rationabilis cauſa in cōtrariū ſit, Parocho adiudicet quando videlicet nihil ex agro illo percipiebatur. Vbi igitur decimas ſoluendas eſſe Viſitator proſpexerit, debitores conuocet, illiſq́ue ad ſoluendum breue tempus ſtatuat; eorumq́ue nomina in tabellam in Sacriſtia conſpicuo loco affixam referri iubeat: qui ſi debito tempore non ſoluerint, Epiſcopi arbitrio puniantur.

Concil. Prou. 3. quæ ad bon.

c. cum contingat, de decim.

Couar. vari. reſ. lib. 1. c. 17. n. 15.

Concil. Prou. 6. de bon. & iur.

Vlterius intelligat Viſitator in hac materia an primo die Dominico Quadrageſimæ, nec non primo die Dominico Aduentus Parochus doceat populum quod ſacrum Concil. Trident. de decimarum ſolutione decreuerit.

Concil. Prou. 1. quæ ad bon.

Maximè autem deſcribi ſigillatim faciat, qui ſoluit, vel non; & quantum ſoluatur à ſingulis.

Sec. ſub ou. 38.

# CAPVT VIII.

## De alienationibus, & locationibus bonorum Eccleſiaſticorum.

Concil. Prou. 1. eo. tit.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11.

VIſitator videat in primis inuentarium bonorum, iuriumuè per publicum notarium confectum; & diligenter aduertat; an bona Eccleſiæ alienata, vel ad longum tempus, vel alio modo minus legitimè locata ſint; Præcipuè videat, an locationes ad longum tempus à triginta annis ante ſacrū Conc. Trid. factæ legitimę ſint, & in vtilitatē Eccleſiæ.

Concil. Prou. 1. quæ pert. ad bona. d. Conc. Prou. 1. eod. tit. §. nolumus. Concil. Prou. 1. tit. 3. decr. 7.

An fructus venditi, vel locati ſint antequam à ſolo ſint ſeparati, non dilata in id tempus ſolutione; Tunc enim contractus eſt irritus.

An bona Eccleſiæ locata ſint conſanguineis in primo vel in ſecundo gradu, vel etiam in tertio non obtenta facultate in ſcriptis.

An patronis, vel ijs, quorum ceſſione



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concil. Prou. 1. quæ ad bon. d. Conc. 2. decr.

ea beneficia obtinentur. Etiam ſi locatio ſit ad modicũ tẽpus, etiam ſi per ſuppoſitas perſonas. Et ſi aliquem in ijs peccaſſe Viſitator cognouit, ipſum fructuũ vnius anni amiſsione mulctet.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 6.

Videat etiam accuratè, an bona permutata, vel alio modo alienata ſint à perſonis Eccleſiaſticis abſq́ue legitima facultate: tunc enim detinens compellendus eſt, etiam per cenſuras ad reſtituenda bona cum fructibus non iure perceptis.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 11.

In locationibus autem ad meliorandum factis omnino ſeruari curet, quod *Conc. Prou. 2.* præſcriptum eſt.

At quantum ad hanc materiam pertinet, maximè meminerit Viſitator duo in bonorum Eccleſiaſticorum alienatione ſemper requiri, cauſam videlicet & ſolemnitatem. Quæ autem ſolemnitates requirantur, poſt alios docet *Borg. latè in ſuis deciſionibus.*

Borgn. deciſ. 45. & 46. to. 1.

Si verò, per procuratorem, alienationem, locationemuè factam fuiſſe repererit; niſi de ſpeciali mandato, nempe de huiuſmodi bonis conſtet, mandatũq; omnino ſeruatum ſit, Viſitator inſtrumentum reſcindat, ſeu potius nullum declaret. Ad fructuum autem reſtitutionem detentorem condemnet, à tempore inueſtituræ, vel ex æquitate à tempore, quo præſens rector beneficium obtinuerit.

Borg. in præcit., loco.

Quando verò contractus fuit validus, ſed reſcindendus eſt, ſi lis fuerit mota, condemnandus eſt reus à tempore motæ litis.

# CAPVT IX.

## De Iurepatronatus.

CIRCA iuſpatronatus in primis diligenter perquirere debet Viſitator, an verè beneficium ſit iuriſpatronatus, & ex quo capite. Nam ſolum ex fundatione, & ex dotatione, quando Eccleſia erecta non habet dotem ſufficientem, & quis eam de ſuo dotauerit, vel ex priuilegio ſummi Pontificis conſtituitur. Probatur autem titulus ex documento authentico, & per multiplicatas præſentationes, quæ effectum ſortitæ ſint, per antiquiſsimum temporis curſum, memoriam hominum excedentis; quod propriè dicitur centum annorum: non enim ſufficeret minus temporis ſpatiũ. In communitatibus verò, vniuerſitatibus, & potentioribus plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur: Nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragatur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur.

Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9.

d. Seſſ. 25. c. 9.

Borg de magis communi deciſ. 17. to. 1.

d. cap. 9.

Cognoſcat etiam an præſentatio infra tempus legitimum realiter facta ſit; licet admiſsio poſt tempus præſcriptum fieri poſsit.

Item an patroni ſe in bonis Eccleſiæ intromiſerint, vel aliquid aliud fecerint, quare iurepatronatus declarandi ſint priuati: præcipuè an pro præſentatione, nominationeuè aliquid acceperint; vel bona, iurauè vſurpauerint: an etiá per longum temporis ſpatium illud amiſerint. Quia videlicet Patroni per

Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap 9.

Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. Bald. de præſu. p.

decem-

1. q. 5. princ. q. 9. de comuni. Concil. Prou. 1. quæ per. ad col. benef. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9.

decem annos non præſentauerunt: & ſi res, cui ius patronatus annexum exſtitit, pluris vendita ſit occaſione iuriſpatronatus: eſſet enim eo caſu Simonia.

Videat etiam ſi huiuſmodi beneficijs alia beneficia libera vnita ſint; & quo tempore: nam ſi à quadraginta annis citra, ante Concil. Trident. facta fuerit vnio, perpendat, an nulla ſit, vel reuocanda; quando non ſit in euidentem vtilitatem Eccleſiæ: Ita etiam ſi nondum plenum effectum ſortita ſit, ipſam nullam declaret.

Sylu. de benef q. 6. ſub num. 9.

Intelligat etiam ſi tranſlatum ſit iuſpatronatus, & quomodo: & ſi in laicū, an cum conſenſu Epiſcopi, qui requiritur, cùm ipſe cognoſcere ac iudicare debeat, an patronum mutare, Eccleſiæ expediat. Et aduertat, quando transfertur Eccleſia, vbi eſt iuſpatronatus; quia ſi iuſpatronatus eſt ſolùm ratione fundi, vel conſtructione ex ſimplici tranſlatione patronatus ceſſat: ſi verò ex ratione dotis, tunc noua Eccleſia erit iuriſpatronatus.

Turre. Cremo. in cap. monaſterium, 16. q. 6.

Cognoſcat etiam an præſentatus ad præſcriptū iurauerit. Et quando inſtitutio ad inferiorē ſpectat, videat, an inſtitutus ab Ordinario fuerit examinatus: & vbi inter patronos eſt lis, ſi inſtitutio ad Ordinarium ſpectat, Oeconomum interim deputet: Huiuſmodi enim deputatio ad inſtitutorem pertinet.

Concil. Prou. 1. quæ pert. ad collat. benef.

# CAPVT X.

## De Vnionibus.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 6. & ſeſſ. 25. c. 9. Concil. Prou. 1. quæ ad bon. d. ſeſſ. 25. c. 9.

VNIONES etiam iuriſpatronatus quadraginta annis citra, ante ſacrū Concil. Trident. factas Viſitator diligenter examinet; & vbi nullæ, vel annullandæ ſunt, ipſas nullas declaret, vel annullet ad præſcriptum ſacri Concil. Trid. præcipuè vniones ad beneficium iuriſpatronatus, quæ effectum ſortitæ non ſunt. Et qui Vnionem ſuprà quadraginta annos factam eſſe prætendit, eam Epiſcopo, Viſitatoriuè oſtendere debet.

Rebuff. in Prax. de vni.

Ad validitatem autem Vnionis plura requiruntur; præcipuè autem, vt ex cauſa fiat, vt videlicet ſit euidens neceſsitas, vel vtilitas; vt ſecundum canones fiat, nempe cum conſenſu Capituli, niſi conſuetudo aliter ſe habeat; vt Eccleſiæ temporalibus minimè vniantur; vt dignius minus digno non vniatur; vt lite pendēte non fiat; & vt verus annuus valor vtriuſque exprimatur, etiam quod beneficium ſit manuale. Et aduertatur, quia etiam à Vicario Generali Vnio fieri non poteſt, niſi id ei ſpecialiter mandatū ſit.

Rebuff. in præcit. loc.

Vlterius etiam, cum cauſæ cognitio requiratur, vocandi ſunt etiam illi quorum intereſt coram Ordinario loci, qui Vnionem fecit.

Concil. Trid. ſeſ. 7. c. 7. Borg. deciſ. 4. n. 9. to. 2. & in induc. verb. Vnio. Rebuff. in loco præcit.

Et notandū eſt, quòd quando fit Vnio à Papa, vel à legato de latere de Eccleſia Epiſcopo ſubiecta Monaſterio alicui, vel alio modo, non eximitur illa Eccleſia à iuriſdictione, & à ſubiectione Epiſcopi; & ideò poterit viſitari, niſi, quantum ad Papam, aliter in Vnione expreſſum eſſet. Et aduertendum eſt Vnionem tribus modis fieri; Primò, vt ex duobus vnum fiat. Secundò, vt Eccleſia vna alij ſubijciatur, & hoc caſu in impetratione principalis Eccleſiæ, non eſt opus exprimere acceſſoriè vnitum. Tertiò vt vtraque Eccleſia remaneat principalis.

Et

Et notandum etiam eſt, beneficium per vnionem dici, & eſſe ſuppreſſum; ideò amplius vacare non dicitur, cum non ſit beneficium, ſed prædium; nequ poteſt permutari; & ſi quis permutauerit, licet permutatio effectum non habuerit, non poteſt ad illud redire, quando ſciuerit fuiſſe vnitum; & Vnionis inſtrumento ſcriptum ſit, quòd per ceſſum, & deceſſum Vnio effectũ ſortiretur. Et quando Vnio facta eſt ſine cauſæ cognitione, & ſolemnitatibus, beneficium poteſt impetrari abſque declaratione; ſecus autem ſi facta eſſet cum ſolemnitatibus, ex falſa cauſa.

Oldra. conſ. 257. cum alijs adductis per Gomeſ. in regul. de trien. poſſ. q. 3. Rebuff. in præal. loc.

Vniones autem cùm odioſæ ſint facilè reuocantur, ideò ceſſante cauſa Vnionis, Vnio reuocari poteſt. Reuocatio autem cum ijs requiſitis fieri debet, quæ in Vnione requiruntur: & à quolibet intereſſe prætendente reuocatio peti poteſt: & cauſa ſubſiſtente Epiſcopus poteſt reuocare etiam Vnionem à Papa factam. Vnione verò reuocata, Eccleſia in illo eodem ſtatu remanebit, in quo ante Vnionem erat, abſque tamen præiudicio poſſidentis. Et alienationes interim legitimè factæ validæ erunt.

Rebuff. in præd. loc.

# CAPVT XI.

## De Fabrica Eccleſiæ generatim.

VISITATOR diligenter inſpiciat, an Eccleſiæ reſtaurandæ, vel reparandæ ſint; & vt id quamprimum præſtetur, curet: etſi opus ſit, earum omnem cenſum, partemuè huic ſumptui neceſſariam; etiamſi equitibus Ordinis Hieroſolymitani obueniret, ſequeſtri ratione apud bonum virum depodi iubeat, qui in illarum inſtaurationem eiuſdem iuſſu erogetur. Et ſi aliter fieri non poſsit, onera per aliquod tempus ſubleuet.

Concil. Prou. 5. de Eccleſ. & earum ſuppel.

Si verò aliquis ſit, ad quem id ſpectet, ipſum cogat. Vbi autem nemo tenetur? omnes & ſingulos, diuites præſertim pro opere illo ad aliquid offerendum hortetur; eorumque oblationes à cancellario fabricæ in libro ſcribi faciat: & vbi cancecellarius non extat, ipſum cum alijs fabricæ præfectis deputet. Vbi denique minimè reſtaurari poſſunt, & planè labuntur, eas profanari, & erecta ibi Cruce ad matricem, lapides, &c. necnon cœmeterium, oſ ſibus inde ad illam aſportatis, transferri mandet.

Syno. 4. decr. 35.

Concil. Trident. ſeſſ. 12. cap. 7. Concil. Prou. 5. de Eccl. & earũ ſup.

Curet etiam, vt altaria omnia ſint ad præſcriptam formã, & neceſſarijs indumentis, & ornamẽtis inſtructa: Alioquin ea amoueri faciat, ſicut etiam altaria nimiũ altari maiori, vel inter ſe vicina, & quæ in loco Baptiſterij conſtituẽdi ſunt.

Syno. 4. decre. 35. Inſtru. Viſit. pag. 55.

Item vt ſpatium inter altare maius, & cancellos accommodetur: & capellæ minores menſura conſtituta, aut aptentur, aut tollantur.

Vt demum loca Eccleſijs ſuperiora, vbi profana ſeruantur, vel habitetur, vel dormiatur, omnino amoueantur.

Plura in hac materia à Viſitatore præſtanda ſunt, quæ infra de Eccleſiæ conſtructione colligi poſſunt. Quæ verò quantum ad fabricam, & ad ſupellectilem etiam Eccleſiaſticam ſtatim exequenda ſunt; hæc quæ ſequuntur, potiſsima eſſe videntur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPVT XII.
## Sigillatim ſubitò exequenda.

Pauin. p. 1. c. 3. in fine.

ECCLESIARVM, quæ in locis periculoſis, & quæ latronũ ſpeluncę ſunt, deſtructio, & tranſlatio.

Ex inſtr. Viſit.

Altarium demolitio, vbi facienda eſt.

Altarium portatilium confractio, ſi non ad menſuram.

Sepulchrorum, quæ extant, amotio.

Sepulchrorũ obſtructio, ſi loco prohibito.

Amotio bradellarum, & ſedilium, & huiuſmodi impedimentorum ab Eccleſia.

Item profanorum ſupellectilium, aut rerum.

Item locorum ſuperiorum, vbi dormitur, aut habitatur, aut profana ſeruantur.

Dilaniatio corporalium, & purificatoriorum indecentium ratione menſuræ, vel ſordium, quæ purgari non poſſunt.

Item ſuperpelliceorum, tobalearum, ſacrorumque indumentorum, quæ in Eccleſia toleranda non videntur.

Item Miſſalium, & Breuiariorum indecentium.

Profanatio calicum, & patenarum indecentium.

Clauſio, & obſtructio portarum lateralium.

Amotio arborum, vitium, ſtipitum, & huiuſmodi à cœmeterijs, & ab alijs locis ſacris.

Item ramorum inciſio, quæ obſunt parietibus, vel tectis Eccleſiæ.

Vbi autem fiat dilaniatio ſupellectilis Eccleſiæ, ſicut etiam quando ſupellex nullo pacto vſui amplius eſſe poteſt, ipſam ſupellectilem comburi, ac eius cineres in Sacrarium proijci iubeat. Si tamen ex veſte ſacra ſtola, vel manipulum elici poteſt, licet veſtis illa benedicta fuerit, nihilominus, ſtola, manipulumuè benedicetur, quia eſt mutata forma, & particularis benedictio datur. Soc. ſub nu. 26. Arch. in c. veſtimenta, de conſecr. diſt. 1.

Quod de ſedium amotione dictum eſt, quarum cauſa plura ſcandala oriuntur, & non habet locum in ſedibus patronorum; quod intelligendum eſt, vbi eſt in vſu. Euſeb. lib. 1. c. 27. Petr. p. 2. c. 6.

# CAPVT XIII.
## De Eccleſiæ conſtructione.

Ex inſt. fab.

QVONIAM aliquando in Viſitatione de Eccleſiarum conſtructione agitur, licèt delineatio à Præfecto fabricæ prius approbanda ſit, & ab Ordinario confirmanda, quàm fabrica Eccleſiæ inchoetur.

Hæc ſummatim colligenda duxi, quę etiam ad ipſam Viſitationem præcipuè ad decreta conficienda proderunt.

Eccleſia ſit inſtar Crucis arbitrio Archiepiſcopi. Eſt enim forma magis cõueniens; licèt etiam rotunda conſtrui poſſit.

Ampla pro capacitate populi, & aliorum ad diem feſtum confluentium; Menſura autẽ hominis eſt cub. 1. vnc. 8.

Parie-

Synod. II. Parietes à latere, & à tergo extrinſecus minimè picti, niſi rubro colore: In frontiſpicio autem pingi poſſunt,& debent,præcipuè in Parochialibus imago B.Virginis cum Domino noſtro,& imago patroni,vel myniſterium,quo Eccleſia illa nuncupatur.

Atrium, vel porticus ſit;omnino autem veſtibulum in Parochialibus.

Tecta,vel laqueata, vel fornicata,vel alio modo pro regionum vſu;ita tamen vt tecti protectura eiuſmodi fiat, qua ſtillicidia ab imis parietibus procul ſint.

Pauimentum non ſpicatum, non è lateribus coctilibus, vel alio lateritio opere,niſi vitriato, ſit: In inſigni autem Eccl.ſaltē ex marmore, alioquē ſolido lapide ſit:In alijs verò,vbi hoc fieri nō poteſt,ſilicib. expolitis vel opere teſtaceo.

Oſtia non arcuata, ſed quadrangula, & duplo altiora, quàm latitudo pateat: imparia ſint, quot ſunt naues, è quibus Eccleſia conſtat. Omnino autem tria ſint: oſtium medium cæteris ornatius. In Cathedralibus autem ſculptura leonum exornari decet.

Oſtiorum valuæ ornatæ, & firmæ è cypreſſo, aut cedro, vel ſaltem nuce opere fabrili ornatæ: munitæ à parte interiori peſſulis,feris,& clau b. gradiuſculis.Vbi verò extrinſecus muniri oporTet,oſtiolum ſit in valuis ianuæ dexterę.

Oſtium à tergo ne ſit, niſi quâ ingreſſum fieri neceſſe eſt ad Sacriſtiam, campanile, cæmeterium, vel ad domicilia miniſtrorum: Propè altare, vel è regione eius laterali,alioquē eiuſmodi modo, qui illud rectà ſpectet, nullo pacto conſtruatur.

Feneſtræ ſint à parte ſuperiori paululum rotundæ ex lateribus aliquantulo latiores intrinſecus, quàm extrinſecus.

Feneſtra orbicularis, vnde lumē præcipuè Eccleſia ,vel capella maior excipiat,ampla ſit,pro modo Eccleſiæ ſuper oſtium maius extrinſecus exornata.In alijs etiam nauibus in frontiſpicio forma oblonga iudicio Architecti.

Poteſt etiam excipi lumen ad vſum Eccleſię,& Capellæ è tholo in vmbilico, videlicet faſtigiatæ fornicis, laternis vndique factis.

In media Eccleſiæ naui, vbi per tecti altitudinem poteſt, tum in nauibus etiam inferioribus laterales feneſtræ fiant; eæque impares ab vtroque latere, atque in vniuſcuiuſque inter columnij medio, ita ordine extructæ, vt ſibi reſpondeant, neque in zophiro, epiſtilioue recti valdè diſtent.

In capellis pro earum magnitudine ab vtroque latere fiant. Vbi autem non poteſt, & neceſſarium ſit lumen,à tergo capellæ recipiatur;dummodo feneſtræ, nec nimiam altaris partem occupent, neque altare, quod propè parietem ſit, rectà ſpectent, aut nullo ſanè modo ſuper altare ſint. Vbi autem ſuper altare feneſtra neceſſariò extruenda eſt,prouideatur, vt aqua foris defluat,intrò verò ne gutta quidem penetret.

Feneſtræ omnino altæ extruantur, vt foris exiſtentes introſpicere non poſſint.Et ſi neceſſe aliquādo erit,feneſtram minus altam præſcripto extruere;ea vitreis valuis ita muniatur, vt nullo modo aperiatur.Vitreæ verò ſint mundę,& integræ, non autem fractæ.

Omnes autem quales quales ſint ferreis clatris,opere vitreo,vel tela ſaltem, & filo ęneo muniantur, inſtruanturuè, ita tamē vt aperiri, aut amoueri aliquādo poſsint ad vaporis exhalationes.

Vbi ſcala gradibus pluribus conſtat, gradus ſint impares è marmore, vel è ſolido lapide,& quinto, tertioùe gradu planum fiat; quod pro aſcenſus ratione cubitos circiter tres cōgruenter pateat.

Gradus ſinguli altitudine ſint vnciarum octo, latitudine ferè cubitali.

Capella maior ſit eminentiori loco in capite Eccleſiæ; è cuius regione ianua prima ſit. Eius pars poſterior Orientem verſus rectà ſpectet: etiam ſi à tergo eius domicilia populi ſint. Ad Occidentem verò, vbi pro ritu Eccleſiæ à Sacerdote verſa ad populum facie, Miſſæ ſacrum ad altare maius fieri ſolet. Fornicata, & ornata ſit pro dignitate Eccleſiæ.

Pauimentũ eius exſtruatur ſolo Eccleſiæ altius pro ſitu loci, proque ratione Eccleſiæ.

Altare maius ita conſtruatur, vt ab eius infimo gradu ad cancellos ſpatium interſit cubitorum octo, & plurium Eccleſiæ ratione; ad minimum verò quatuor: Et ſi opus eſt, altare parieti propius amoueatur; ita tamen vt ab ipſo etiã pariete procul ſit cubito vno, & dimidio. Sit autem à ſcabelli ſolo altitudine cubitorum duorum, & vnciarum octo, ad ſummum decem: longitudine cubitorum quinque & plurium pro Eccleſię magnitudine; latitudine verò cubitorũ duorum, & vnciarum duodecim, & plurium pro longitudinis & ſitus modo. Gradus ſint tres computata bradella, vbi ſatis ſpatij datur. At verò vbi id magnitudo Eccleſię requirit, ſint quinque. Altitudo ſingulorum graduum ſit vnciarum octo. Bradella à fronte altaris cubitos duos, & à lateribus etiam producta, vncias ſexdecim pateat, ita vt à tribus partibus illud complectatur.

Crucifixus in omni Eccleſia Parochiali, præcipuè ſub ipſo capellæ maioris arcu fornicato collocetur, aut parieti affigatur; qui ſuper arcu eſt ſub tecto laqueato, atque ſuper ianua clatrati cancelli capellæ.

Chorus ſit à ſtatione populi ſecluſus, & ab anteriori, vel poſteriori parte altaris maioris pro ratione Eccleſiæ iudicio Architecti.

Tabernaculũ marmoreum, aut æneũ tabulis populeis, circũueſtitum intrinſecus ſit, aut ligneum, ſed non è tabulis nuceis, ex alijſuè, quæ humiditatem gignunt, ſed populeis, vel ſimilibus politè elaboratis.

Forma octangula, vel ſexangula, vel quadrata, vel rotunda; prout decentius accõmodata videtur ad Eccleſ. formam.

Amplum pro dignitate, & magnitudine, rationeuè Eccleſiæ.

Sit pijs myſteriorũ paſsionibus Chriſti imaginibus exſculptum, & inaurato artificio certis locis decoratum. In ſummo tabernaculi ſit imago Chriſti reſurgentis, vel ſacra vulnera exhibentis: vel crucifixus, vbi pro exiguitate Eccleſiæ ſuper altare propter occupationem tabernaculi non ſit congruus locus Cruci. Oſtiolũ ab anteriori parte ſit ita patens, vt pixis, & tabernaculum geſtatoriũ commodè introducatur, & expromatur, & ita ad aperiendum accommodatũ, vt in frontiſpicio planè hærens Sacerdotis ſacrã Euchariſtiam depromẽtis brachium, manumuè non impediat, ſit ornatum ſacra Chriſti crucifixi, vel reſurgentis, vel vulneratum pectus exhibentis imagine, vel alia pia effigie.

Panno ſerico rubei coloris, ſi Eccle. ſit Ambroſiani ritus, aut albi, ſi Romani, intus ab omni parte veſtitum, atq; ornatum ſit. In Altari maiore collocatũ firmiter fixum hæreat, benè claue munitũ. Vbi autem in altare totum collocari nõ poteſt, à tergo ſuppoſitis ſuffulcris bene firmis illud totum, aut pars hitatur; ita tamen, vt nõ impediatur, quominus altare circuiri poſsit. A fronte altaris diſtet non minus cubito, & vncijs ſexdecim; non tamen ita diſtet, vt ad ſacrã Euchariſtiam depromẽdam ſacerdoti gradu,

du, etiam ligneo opus ſit, niſi ſitus, & illius ſtructuræ ratio aliud poſtulet. In inſignioribus Eccl. à parte poſteriori ſacra Euchariſtia è tabernaculo ſumi poteſt: in qua parte alterum oſtiolum præſcripta forma fiat. Sub tabernaculo nullum armariolum ſit, neque ſuppellex ſacra, neque libri ibi aſſeruentur.

Capellæ minores omnes vna, eademq; longitudine, latitudine, & altitudine conſtent, exceptis ijs, quæ in capite brachiorum Eccl. ſunt; quæ ſicut præcipuè extruendæ ſunt, ita cæteris aliquãdo ampliores, & forma illuſtriori eſſe poterunt, inter ſe tamen conuenientes.

Ne ſubter ſuggeſtum, vel vnde organo ſonatur, vel Euangeliũ, Epiſtolaue legitur, aut canitur, capella, altareuè extruatur, neq; permittatur. Nec inter pilam ſtructilem, columnamuè, aut arcum, tignumuè, quò tectũ ſuffulcitur in ingreſſu Eccl. primo loco ſitũ, & parietem, qui ab anteriori parte eſt, capella extruatur, niſi pro Baptiſterio: neque in loco, vbi Sacerdos capellæ maiori terga vertat.

Capellæ minoris latitudo ſit cubitorum noue, aut vndecim, & amplior pro ratione Eccleſiæ, non autem minor cubitis ſeptem. Longitudo ab ingreſſu vſque ad parietem, cui altare adhæret, nõ maior cubitis ſeptem, minor autem ad minus cubitis quinque, & vncijs octo; quæ tamen in capite Eccleſiæ à latere capellæ maioris ſunt, longitudine aliquanto maiores permitti poſſunt.

Pauimentum altius, quàm Eccleſiæ ſolum vncijs octo; interdum etiam amplius permitti poteſt.

Limen vnciarum ſexdecim, & ad ſummũ viginti è marmore, lapideuè ſolido.

Vnaquæque capella fornicato opere extruatur.

Altaria in fronte media vniuſcuiuſque capellæ conſtruantur, non à lateribus.

Altarium minorum altitudo à bradellæ ſolo cub. 2. vnc. 8. longitudo 4. cũ dimidio, ad minus quatuor: latitudo 2. ſcabellum, ſeu bradella ſit latitudine cubitorum duorum, altitudine vnciarum octo, lõgitudine ita, vt ab vtroque latere cingat altare. Vbi autem non poteſt, ſaltem illud adæquet.

Altaria omnia non ex opere ligneo, ſed ex lapidibus, lateribuſuè extruantur, atque ita vndique obſtruantur, vt feneſtella, foramenuè nulla ex parte in ipſis relinquatur, vbi quidquam aſſeruari poſsit. Quæ autem quatuor, pluribuſuè columellis, aut pilaſtratis angularibus ſuffulciuntur, non prohibentur. Sub ijs tamen nihil reponatur reliquijs ſacris exceptis.

Altaria quæ opere fornicato extructa non ſunt, vel ita, vt fornix cõmodè purgari nequeat, vel Sacerdotem celebrantem contegat integumento (quod capoccielo dicunt) operiantur: quod integumentum, ſi è ligno, aut tela erit catenis ferreis è tecto, vel è pariete pendẽtibus, aut alia firma ſtructura ſuſtineatur. Sit autem hoc integumentũ aliquantiſper ab altari elatum, ita tamen vt facilè purgari queat.

Feneſtella in pariete, qui à tergo altaris eſt à latere vbi Epiſtola legitur, ex marmore, ſolidouè lapide, vbi poteſt, fiat, alta à ſolo duobus cubitis; cuius latitudo ſit vnciarum ſexdecim, altitudo viginti quatuor, diſtincta marmoreo, lapideouè opere tranſuerſo. Pars ſuperior ad peluim cum vrceolis, dum ſacrũ fit, reponendam, vſui ſit; inferior verò ad proijciendam aquam ablutionis manuum Sacerdotis ſacrum facientis: Ideò in medio foramen habeat, vnde illa fluat in ciſternulam ſuffoſam.

Clauus ferreus, quo birretũ Sacerdotis celebrantis appendatur cum orna-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mento præſertim ex auricalcho à latere Epiſtolæ propè feneſtellam non altius à pauimento cubitis duobus affigatur.

Tintinnabulum paruum geſtatorium, vel parieti laterali, vnde Euangelium legitur, affixum vnicuique altari hæreat ad ſignum eleuationis Corporis Domini.

Clathra ferrea in sūmo capellę tribus cubitis alta affigantur; licet aliquando etiam altiora permittantur, exornata, vbi fieri poteſt, paruulis pilis, aut vaſculis in ima, media, & ſumma parte. Vbi autem capella octanguli, ſexanguliuè formam exhibet, clathra illi formæ reſpondeant. Ianuæ clathrorum valuis vtrinque & peſſulo, & ſera claudantur. Vbi verò ferri copia non habetur, fiant columellæ è marmore, aliouè ſolido lapide, aut ſaltem ex ligno polito, ac tornatili, in quorum ſumma parte coronix apponatur.

Coronix lignea vnicuique ſcabello altaris etiam maioris, non amplius alta tribus digitis circum altare adiungatur; etiam vbi ſcabellū à fronte altaris tantum extat.

Telare altaris ex quercus, nuciſuè aſſeribus perpolitè confectum, vnciarum quatuor; & huiuſmodi, vt menſa altaris ab anteriori parte, & ab vtroque latere circundetur.

Menſa ſaltem ad minus latè pateat cubitum, & dimidium: longitudine verò æquet altare, ſi fieri poteſt.

Lapis altaris portatilis ſit longus vncias viginti, latus verò ſexdecim, præter capſæ, cui inſertus eſt, dimenſionem.

Capſa verò è tabula nucea omnino ſit, craſsitudine vnciarum circiter duarum.

Inſertus autem ſit menſæ in medio non longius à fronte altaris vncijs octo.

Si Parochialis ſit, habeat baptiſterium, vel extra Eccleſiam, ſi inſignis ſit, vel in capella à parte Aquilonari. Sit etiā Sacriſtia cum armario, Oratorio, Lauatorio, & alijs ad præſcriptum inſtructionum.

Campanile etiam cum duabus ſaltem campanis, ſi ſit parochialis.

Cæmeterium muro clauſum, vt ſupra dictum eſt; & vbi non claudatur, infra breue tempus ſuſpendatur. Concil. Prou. 4. eod. Syno. 11.

Et hæc, quantum ad ipſam Eccleſiam pertinet, tetigiſſe ſufficiat.

Circa autem ipſam Eccleſiam Viſitator videat, ne ſint cubicula porcorum, neque ſtabula redolentia fœtorem Eccleſijs, cultuique diuino impedimenta præſtantia: Nam hæc omnia prohiberi poſſunt per Eccleſiaſticas cenſuras. c. decet. de immur. eccl. lib 6.

De ſupellectili Eccleſiaſtica, quæ in Eccleſijs cathedralibus, quæ in collegiatis, & in alijs Eccleſijs, & in vnoquoque altari requiritur, plenè, & ſummatim habetur in inſtructionibus ſuppellectilis Eccleſiæ. Petr. p. 2. cap. 11. In Act.

# CAPVT XIIII.

## Quæ vlterius à Viſitatore præſtanda in beneficio vacanti.

In inſtruct. VLTERIVS in hac viſitatione materiali aduertendū eſt, quando beneficium eſt vacans. Eo enim caſu deſcribatur titulus beneficij, & modus vacationis: Et ſi Eccleſia Parochialis ſit, an viciniori Parocho commendata ſit; vel ab ali-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab aliquo alio ſacerdote ad id approbato regatur: Et videatur facultas, & an adhuc vigeat; & num tempore vacationis oneribus in toto, vel in parte ſatisfactum ſit, & à quibus: & quis fructus perceperit: & quis bonorum adminiſtrationem habeat, & qua facultate. Præterea rationes fructuum videat; & vbi nemo ſit, deputetur depoſitarius, vel plures idonei, & curatores eorumdem fructuum, & beneficij vacantis. Prouideaturque debito ſeruitio durante vacatione, nec non fabricæ ornamentis, & ſupellectili ſacræ, vbi opus eſt. Vbi autem non conſtat tempore vacationis oneribus ſatisfactum eſſe, Viſitator hæredes, aliosuè, ad quos ſpectat ad probandam ſatisfactionem compellat dato illis congruo termino; Alioquin eos ad ſatisfaciendum condemnet; etiam pro præterita omiſsione; factis præterea ſequeſtris, & relaxis deinde conceſsis, prout iuris fuerit.

Et hæc de Viſitatione materiali; nunc ad perſonalem tranſeamus.

# PARS TERTIA.

## CAPVT I.

## De modo viſitandi perſonas.

CIRCA perſonarum, ſiue Eccleſiæ myſticæ viſitationem, ſicut etiam de materiali dictum eſt, debet Viſitator, niſi aliud cenſuerit, à digniori incipere. Et vbi viſitat cathedralem, vel aliã collegiatam, in loco vbi actus capitulares expediuntur, prius breuiter loqui poterit, omnes charitatiuè admonendo; vt diligenter conſiderent, vtrum ſciant, vel probabiliter credant aliquid eſſe in Eccleſia reformandum, corrigendumuè; & quòd ſolum Deũ præ oculis habẽtes audacter loqui debeant: illiſque etiam in virtute ſanctæ obedientiæ præcipere poteſt, vt ſibi tanquam capiti omnia ſignificent, quod tamen de occultis non intelligitur: & hoc etiam magna circumſpectione, ac rarò faciendum arbitror: Deinde ſecretò cum ſingulis de Capitulo, & cũ alijs Eccleſiaſticis loquàtur. Vtilius enim procedit inquiſitio, quando ſigillatim fit. Et hoc veſperi, quo venit, ſi commodè fieri poteſt. Quod fortè aliquando in Epiſcopo ſuccedet, qui plures miniſtros, coadiutoresuè habet. Difficile autem in delegato, cum quo vnicus notarius eſt, & aliquando Vicarius foraneus tantum. Manè autem circà populũ inquirit; vel vna die debet eſſe cum Clericis, & alia cum laicis; Et licèt nulla infamia præcedant, poteſt gradatim, & ſummariè, abſque iudicij ſtrepitu inquirere, de vita, & moribus Clericorum, & Laicorum: etiam vt eos in ijs, quæ ad forũ Eccleſiaſticum pertinent, mulctet, ac puniat. Ab inuito tamen iuramentum exigere nequaquam poteſt, per quod occultum prodere cogatur. Sed cùm aliqua abſque iuramento corrigenda referuntur; tunc ſuper ijs iuramentum exigere

Panin. p. 3. q. 7. Petr. p. 1. cap 3. Soc. nu. 26.

Petr. d. cap. 3.

c. qualiter de accuſat.

c. inquiſitionis. §. tertiæ, de accuſat. c. cũ Apoſtolus, de cenſ. 6.

Arch. in c. cauendum. 10. q. 3. Soc. nu. 27.

d. c. 1. §. fanè & ibi docto. de cenſ. 6.

gere poterit. Nec debet quenquam quouis alio modo cogere, vt dicat quæ corrigenda ſunt in ijs, quæ ad ipſius officium ſpectant: ſed ſimpliciter quærat; volenteſque reſpondere audiat. Bene poteſt etiam per cenſuras eos cogere veritatem dicere de his, ſuper quibus inquirit; & quæ ad viſitationem conueniunt.

Pauin. p. 2. q. 5. Soci. ſub num. 28.

Caueat autem viſitator, ne populo publicè dicat; Si quis aliquid ſciat de Canonicis, Rectore, de alijſuè Eccleſiaſticis, mihi dicat; quia debitam illis pœnam imponam; vel ſic, & ſic faciam. ſed ſecretò cum aliquibus de Parochia fide dignis inquirere debet. Nec chartulas, quas Ruſtici contra ſuos Rectores clanculum offerunt, paſsim recipere debet, niſi contra publicè infamatũ; nec nimis credulus ſit: & maximè effugiat, ne incognita pro cognitis habeat.

Pauin. d. q. 5.

Bart. in l. 1. §. feciſſe. ff. de eo, per quẽ fact. Putch. lib. 1. c. 2. n. 14.

Caueat etiam ne animi perturbationes ſignis demonſtret; ne præſentes habeant quid mirari: & hoc etiam ad viſitationem materialem ſpectat. Conſtantis enim viri eſt; cuius animi motus vultus non detegit. In monitionibus verò procedat leniter, & aſperè ſecundum naturam materiæ, & perſonæ; Omnia autem paterna charitate, Chriſtianoque zelo agat; vt facilius, feliciuſque viſitationis fructus conſequi valeat.

d. §. ſanè, & ibi Gemin.

Videat autem inprimis indicem Cleri illius Collegiatæ, vel Parochiæ iam præparatum, & exhibitum: & intelligat, an aliquis eorum abſens ſit; & cognoſcat, an legitimè: etſi fuerit cauſa ſtudij, an percipiat fructus, ac prouentus præbendæ, quos percipere non deberet, vbi aliàs deficeret ſeruitium Eccleſiæ; vel vbi ipſe eſſet diues. Sed nunc omnes indifferenter eos percipiunt; quia eorũ abſentia videtur redundare in vtilitatem Eccleſiæ. Intelligat etiam an ibi ſit cura animarum, & an competat capitulo; quia eo caſu, certæ perſonæ atttribuenda eſſet.

Turrecre. in cap. de quibuſdã, ſub n. 1. diſt. 37. Doc. in cap. 1. de cler. non reſid. 6.

Inquiſitio autem generalis hoc pacto fieri poterit, ſecundum tamen prudentiam Viſitatoris; qui habita ratione perſonarum, & locorum, quædam addere, & plura omittere poterit: nam de omnibus, & de ſingulis inquirere, non ſemper erit neceſſarium; neque omnia vna, aut altera die expediri poterunt.

# CAPVT II.

## Quæ potiſſimum inquirenda de Canonicis in Viſitatione.

Plura ex his ex S. Anton. Socin. & ex Cõc. Prouin. Concil. Prouin. & co.

VISITATOR ſingulos Canonicos ſecretò interrogare poterit, deinde etiam aliquos præcipuè viros ætate, vſu, & probitate commendatos de infraſcriptis.

Cultus diuinus:

Vtrum ipſe ſciat, credat, aut fama ſit aliquem de Capitulo nunquàm, vel rarò reſidere, aut diuinis officijs intereſſe; etiam quod ſit ſuſpenſus à perceptione fructuum, quia & ipſe tenetur reſidere.

Vtrũ ſciat, &c. quòd Miſſæ, & officia diuina, die, ac nocte horis competentibus ſolemniter, celebranda omittantur.

c. cum in cunctis, &c. cũ Vincentĩ, de elect. Anch. in Clem. 2. de vit. & hon. cle. c. quidã, & c. cũ

**Cultus diuinus**

creatu-ra, de celebr. miſs. Petr.p.2. cap. 18.

An propter anniuerſaria defunctorum, vel alias peculiares Miſſas, Miſſa ferialis, vel ordinaria prætermittatur; quod non licet.

Vtrum celebrentur horis & locis præſcriptis; & an adhibeatur pauſa in fine, & in medio; quando non fit officium de feria.

Concil. Prou. 5. quæ ad diu. off.

Vtrum aliquo pacto dignoſcatur, Canonicos antequã ad chorum perueniant, præparationem in Concil. præſcriptam adhibere, vel non.

An ſint, qui ex induſtria vſque ad extremum præfiniti temporis punctum diſtulerint aduentum.

Concil. Prou. 1. & 5. eo.

Vtrum in choro diſciplina ad præſcriptum Concil. etiam quo ad ingreſſum, & regreſſum, ſeruetur. Præcipuè an fiant collocutiones, & riſus in choro, an ſedium mutationes; an officium ſubmiſſa voce recitetur; an epiſtolæ, aliæuè ſcripturæ legantur, & an cum habitu decenti incedant,

c. dolentes, de celebr. miſſ. c. ſedulo, diſt. 38.

An officia ad præſcriptum Kalendarij dicantur; & an præcipuè duæ Miſſæ canantur.

Vtrum aliquis ſit, qui minus competenter legat, vel canat.

An lectio in Miſſa ſolenni ante Epiſtolam canatur

Petr. d. cap. 13.

An cantus laſciuus; & an ita canatur, vt propter modulationis ſuauitatẽ maior pecuniæ quantitas à laicis extrahatur.

An horæ diebus feſtis in cãtu recitentur.

**Cultus diuinus**

An organa quid ſeculare reſonent, ſeu aliud, quàm cantum Eccleſiaſticum.

Vtrum Martyrologium poſt Primam legatur.

An poſt Completorium generalis Confeſsio.

Vtrum Libri apochryphi in Eccleſia legantur.

Vtrum Antiphona, Salue Regina, vel alia pro tempore Sabbato canatur.

Vtrum pro ſummo Pontifice, & pro Epiſcopo ægrotantibus, & defunctis oretur, & Miſſa celebretur; & pro Canonico defuncto.

Concil. Prou. 6. quæ ad diu. off. Concil. Prou. 2. tit. 2. decr. 14.

Vtrum aliquid circa diuina, & cæremonias inſcio Epiſcopo innouetur, muteturuè.

An mos Metropolitanæ in diuinis officijs, in ijs videlicet, quę propria non ſunt, ſeruetur.

An in proceſsionibus, ſtationibus, & ſupplicationibus publicis oẽs deuotè orent, & cũ grauitate religioſè & ſuppliciter cantando incedant, & finita ſupplicatione eo, vnde proceſſerunt, reuertantur, non curioſè interim circumſpectãtes, nec vacantes profanis colloquijs.

**Capitulũ**

Vtrum Capitulares Conuentus, tam de rebus ſpiritualibus, quam de temporalibus ſingulis hebdomadis fiant; & an aliqua diſtributio hac de cauſa aſsignata ſit intereſſentibus.

An habeantur extra tempora diuini officij diebus ferialibus præſcriptis.

Concil. Prou. 4. quæ ad capi.

Capitulum.

An fructuosè, & vtiliter, & quomodo fiant.

An, quando de rebus grauioribus agitur, res in vno capitulo præpoſitæ in alio deliberentur ſuffragijs occultis ad præſcriptum.

An fauore, aut odio, aut alio deprauato affectu priuatorum res magis, quàm publicæ gerantur.

An præfectus omnium ſuffragia non grauatè audiat.

An expectetur ante concluſionem omnium ſententia.

Vtrum ſit, qui extra locum, & tempus ſuum loqui ſoleat, præueniendo, vel interrumpendo votum alterius.

Vtrum in receptione Canonici in fratrem, vel ad diſtributiones aliquid intercedat, quod Simoniam ſapiat: etiam ſi quis ſponte ſolueret, vbi eſſet ſtatutum de ſoluendo.

Concil. Triden. ſeſſ. 24. ca. 4. Fel in c. cum M. nu. 21. de conſtit.

Vtrum quando Canonicus recipitur in fratrem, vel alio tempore iuret obſeruare ſtatuta Capitularia, & conſuetudines.

Vtrum Canonicus Cathedralis etiam in capitulo fidei profeſsionem præſtiterit, & quo tempore.

Quando electio Syndici, Theſaurarij, & aliorum Officialium fiat; & quamdiu in officio perſiſtant, & an in electione digni, & idonei eligantur, qui functioni ſuæ grauiter incumbant.

Capitulum.

Vtrum Syndicus, ſeu Theſaurarius, & Prouinciales in ſingulis capitulis temporalibus ea referant, quæ euenerunt, vel facta ſunt poſt aliud capitulum circa negotia ad ipſos ſpectantia;

Vtrum in capitulis ſpiritualibus de rebus temporalibus agatur.

Vtrum à Cancellario ordinationes capitulares in libro deſcribantur ad præſcriptum.

Concil. Prou. 4. quæ pert. ad capit.

Vtrum aliquam Eccleſiam, Præbendam, capellã, vel aliud beneficium habeãt, cuius præſentatio, vel prouiſo ad capitulum ſpectet: & quo modo in hoc ſe gerant.

Diſcordia.

Vtrum ſciat eſſe diſcordiã, rixam, odiumuè inter aliquos de capitulo.

An ſit, qui alios iniuria afficere ſoleat.

An, qui cæteris præeſſe, & dominari curet, ambiatque.

An ſit, qui alijs detrahere, vel de illis murmurare ſoleat.

An ſit qui diſcordiam inter fratres ſeminet, foueatuè.

Diſtributiones.

Vtrum, & quando abſens habeatur pro præſente, & intereſſente.

Vtrum abuſus hebdomadæ, & ſex menſium ſublatus ſit.

Vtrum ſciat colluſionem aliquam fieri in diſtributionibus quotidianis.

Vtrum earum ſupputatio fiat ad præſcriptam inſtructionem.

Vtrum

**Canonica**

Vtrum ſciat, credat, aut fama ſit aliquem in Canonica ſecum retinere bannitum, vel malè viuentem, aut etiam cuiuslibet qualitatis Laicũ, præter famulos.

An ſciat, &c. aliquem, qui Canonicales ædes habeat, ipſas non habitare, in ijſque cibum & potum non capere.

An ſciat Ianuam Canonicę nocte clauſam teneri; & penes quem eius claues cuſtodiantur.

**Bona**

Vtrum ſciat, &c. bona menſæ alienari, vſurpariuè vel ſaltem malè, ac negligenter gubernari.

Idem de bonis cuiuslibet præbendæ.

Et an cũ cõſenſu Canonici.

Vtrum ſciat reditus, ac prouentus Eccl. malè diſpenſari.

**Archiuium**

Vtrum omnia inſtrumenta, & ſcripturæ ad capitulum pertinentia in Archiuio tutò cuſtodiantur.

Vtrum etiam iura præbendarum ſingulorum.

Vtrum Archiuium ab vno tantum, vel à pluribus cuſtodiatur.

**Sacriſtia**

Vtrum ſciat, &c. Sacriſtam, cuſtodẽ, aliumuè vaſa, vel veſtimenta, & alias huiuſmodi res, & ornamenta, vel libros, aut alia diuino cultui dicata benè cuſtodire.

An ſciat, &c. aliqua de mobilibus, vel immobilibus diminuta eſſe; & per quẽ, & quale, & quomodo & qualiter.

An rectè, & ad præſcriptũ Concilj cuſtodiantur.

**Bibliotheca**

Bibliotheca etiam in collegiatis eſſe debet, vt Canonici, & pauperes nõ beneficiati, qui nõ habent libros proprios, literis vacare poſsint. Quamobrẽ Carolus Cardinalis S. Praxedis Vir ſanctiſsimus, Eccleſięq; noſtri temporis ſplendor clariſsimus, & nunquam ſatis laudatus, libros ſuos innumerabiles Capitulo noſtro legauit; amplamq; Bibliothecã in ædibus Canonicalibus cum alijs etiam locis capitularibus conſtrui curauit. Concil. Prou. 4. eod. Petr. p. 2. c. 12.

**Mores**

Vtrum ſciat, &c. aliquẽ Eccleſiaſticum cuiuſcũq; ſtatus, & ordinis, præcipuè aliquem Canonicum habere cõcubinã, vel ſuis expenſis in domo, vel extra domum retinere, aut cũ aliqua ſuſpecta muliere cõſortium, aut colloquium habere.

Vtrum ſciat, &c. aliquẽ eſſe blaſphemum, Simoniacum, vſurarium, aleatorem, conſpiratorem, calumniatorẽ, detractorem, murmuratorẽ, rixoſumlitigioſum, auarum, gulę, ac ebrietati inſeruientẽ, otioſum, negotijs ſecularib. deditum, venatorem, artẽ medicã exercentem, rerũ Eccleſiaſticarũ alienatorem, cõſumptoremuè; & præcipuè an ſint, qui circa comeſtiones, & illicitas fabulationes ferè dimidietatem noctis expendant. c. dolentes, de celeb. Miſſ. 21. q. per totam.

Vtrum ſciat, &c. aliquem arma offenſiua vel defenſiua ferre, vel domretinere. Concil. Prou. 1. eod.

Vtrum ſciat, &c. aliquẽ habitũ talarem, & ad præſcriptũ Cõciliorum, ac ſacrorũ canonum, Spec. de vit. & honeſt. Eccleſ. lib. 1. c. 2.

Mores: num, ac tonſuram nō deferre.
Cum autē Viſitator Canonicos, alioſuè Eccleſiaſticos alloquitur, ſingulorum etiam ſtatum perſonalem ad infraſcriptam formam deſcribere poterit. Et ſecum ſecundum illorum qualitates agere; ab illisq; quos magis pios, ac zelātes cognouerit, diligentius inquirere poterit, etiam de aliqua perſona particulari, vbi diffamatio aliqua, vel legitima ſuſpicio adeſt. Non tamen ſit facilis ad credendum, multoque minus ad aliquem condēnandum, ſicut nec etiam ad veniam: Quia facilitas veniæ eſt occaſio ad peccādum: & præcipitatio ad condemnandum eſt maxima iniuſtitia.

*Status perſonalis forma.*

Die 27. Februarij 1592.

R. P. Thomas Seraphinus Mediolan. Canonicus S. Ambroſij, fil. q. Petri, & Luciæ Abaduæ iugalium, annorum 35. Cōpletorium die 17. Ianuarij educatus in Seminario decem annis.

Habet tres fratres minores, & ſorores quinque: quarū tres ſunt nubiles, & duæ nuptæ, & auxilio eius non indigēt.

Patrimonium medioere, & commune cum fratribus; aſcendit enim ad redituum annuum ſcutorum 800.

Incubuit literis humanioribus, & Rhetoricæ per biennium, deinde Philoſophiæ, ac Theologiæ.

Eſt corporis conſtitutione valida.

Clericus à ſanctæ memoriæ Cardinali Sanctæ Praxidis die 20. Iunij 1569.

Oſtiarius ab eodem die 10. Martij 1575.

Lector ab eodem die 28. Septemb. 1576.

Exorciſta ab eodem 24. Martij 1578.

Acolitus ab eodem die 20. Decembris 1578.

Subdiaconus ab eodem ad titulum præbendæ, & Canonicatus Sancti Satyri in Collegiata Sancti Ambroſij die 23. Iunij 1581.

Diaconus ab eodem die 25. Iunij 1582.

Sacerdos ab eodem die 30. Iunij 1584.

Canonicus S. Ambroſij, & fuit facta collatio Præbendæ & Canonicatus ſub titulo Sancti Satyri vacantis per obitum P. Andreæ Oldradi ab eodem Sanctæ memoriæ Cardinali die 25. Aprilis 1581. quæ præbenda eſt reditus, Scut 70. vel circa.

Receptus in Canonicum à fratribus die 29. Aprilis 1581.

Ad participationem diſtributionum admiſſus die 29. Iunij 1581. quæ diſtributiones aſcendunt ad ſummam ſcutorum centum viginti pro quolibet Canonico.

Profeſsionem fidei in Synodo celebrata anno 1582. fecit, & fidem exhibuit.

Nullum aliud beneficium, neque penſionem habet.

Eſt Syndicus capituli hoc anno conſtitutus die 3. Ianuarij.

Doctor ſacræ Theologiæ Mediolani die 25. Octobris 1580.

Habet facultatem audiendi confeſſiones in genere, etiam Eccleſiaſticorū, ſub die 21. Ianuarij 1592.

Celebrat ferè quotidie, vt dixit, ex deuotione, excepto onere hebdomadæ ratione collegiatæ; &, vt plurimū in eadem Eccleſia celebrat: aliquando verò in Eccleſia Monialium S. Catharinæ P. N. cum facultate Reuerendiſſ. Ordinarij ſub die 3. Martij 1592.

Diuinis officijs ferè ſemper intereſt.

Nullis

Nullis alijs occupationibus detinetur:& quod ſupereſt temporis in Theologiæ ſtudium,vt dixit, impendit.

Confeſſarius eius eſt Ven. P. Paulus Parochus Sancti Victoris in Theatro, cui ſingulis ſaltem hebdomadis (vt ex teſtimonialibus literis ipſius confeſſarij apparet) peccata confitetur.

Habitum decentem, & tonſuram ordini congruentem, præter mantellum, quod eſt nimis breue, defert.

Libros habet, vt in indice.

Videtur ſatis verſatus in concionibus Granatæ, & in libro inſtitutionum piarum.

Habitat in ædibus Canonicalibus cum Ludouico eius fratre Clerico, & Ioanne Alberto eius famulo.

Habet talentum concionandi mediocriter. In cæremonijs Eccleſiaſticis ſatis eſt verſatus. Scribit comptè etiam in lingua latina.

Canit cantu,vt aiunt,firmo,& figurato ſufficienter.

Aptus ad regimen alicuius Collegij.

Circa dignitatem habentes, Theologum, Pœnitentiarium, Doctorem; & alios huiuſmodi, deſcribat etiam functiones,quas exercent; & alia peculiaria. Inquirat de inſignijs dignitatum, à quo introducta, & quo tempore, et ſi ea loco, & tempore requiſitis deferant, vt à cæteris de Clero diſtinguantur: eoſque admoneat, vt ſicut ſignis cæteris præſtantiores dignoſcuntur, ſic etiam moribus, & honeſtate alijs præcellant. Agat autem præcipuè cum præfecto Chori, & Punctatoribus: & vbi opus eſt, alios deputet, præſtito illis iuramento ad præſcriptum: Iiſdemque ſupputationum, & ſolutionum formã, & erratorum tabellam, quæ ab ipſis punctatoribus notanda ſunt, ſi non habent, tribuat. Præfecto autem inſtanter iubeat,vt Chori, nec non proceſsionum, ac funeralium diſciplinam ad Conciliorum,ac inſtructionum præſcriptum ſeruari omnino curet, ſicut etiam vt diuina officia horis præſcriptis recitentur. Et vt hæc facilius Viſitator præſtare poſsit, ſupputationum formam, erratorum tabellam, ac rationem pulſandi ad diuina officia, ſcribendam putaui.

Synod. diœc. 1. decr. 28.

Supputationum igitur forma, ex ratione diſtributionis facilè colligitur. Diſtributio autem ita fieri conſueuit, vt Matutino denarij ſex attribuantur, Primæ 3. Tertiæ 3. Sextæ 3. Nonæ. 3. Veſperis 6. Completorio 3. Miſſæ conuentuali 9. Proceſsioni in Eccleſia 3. extra Eccleſiam 6. Quę diſtributiones diebus feſtis de præcepto duplicantur. Solemnioribus verò vtpotè diebus Natiuitatis Domini, Circumciſionis, &c. Omnium ſanctorum, Natiuitatis, Annunciationis, & Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Apoſt. Petri & Pauli. die feſto Patroni, & vbi Pontificialia exercentur,triplicantur.

Supputatio itaque facienda eſt ad rationem denariorum iuxta vniuſcuiuſq; laborem, & ſecundum cenſum, & prouentum maſſæ: detrahendo tamen vnicuique quod detrahi par eſt, non ſolum ratione abſentię, ſed etiam ratione erratorum, ſi qua commiſſa ſunt.

Concil. Prou. 4. de diſtr. quo.

In tertijs autem partibus Prębendarũ in diſtributiones collatis, vnuſquiſque, prout opulentior, tenuiorue ſit ſuę prębendę tertia pars, quã ad diſtributiones confert, cõſequitur ex præſcripta ratione ſeruitij. Si verò defecerit, ęquis portionibus cæteris in Choro præſentibus ac deſeruientibus accreſcit,& pro præſentibus, etiam habentur, qui ſacris Canonibus,vel Trid. Synodo: excuſantur; vel

d. c. 1. de cle. non reſid. & ibi doct. Concil. Prou. 1. de com.

minif. Fuſch. lib 1.c. 20.ſub num.62. Concil. Prou. 5.

pro manifeſta Eccleſiæ vtilitate abſunt; vel ex neceſsitate, vt eſt infirmus etiam ſua culpa, ſi, quando in morbum incidit, erat reſidens, vel pro reſidente habebatur: ita tamen vt id tantum percipiat eo tempore, quod veriſimiliter, ſi ſanus fuiſſet percepiſſet. Quod de diſtributionibus quotidianis dictum eſt, procedit etiam in datis intereſſentibus officio funeris

quæ ad diſtr. Lap.alle 42.

# CAPVT III.

## Tabella erratorum, quæ in diuinis officijs obeundis coërcentur.

QVICVNQVE hebdomadarius, aliuſuè, qui munus aliquod in diuinis officijs obire debet, ſtato tempore officij ſui ſubeundi non conuenerit, & munus ipſum per ſe, vel legitimè impeditus per alium non præſtiterit, vel de illo impedimento præfectum Chori opportunè certiorē non reddiderit, triū dierū diſtributionem eo ipſo amittat; quod pariter incurrat is, qui huic in ordine ſuccedens, ſi à Præfecto admonitus, vt abſentis vices ſuppleat, non paruerit.

Idemq; de eo ſtatuitur, qui curā præparandi libros habet.

Nemo in Choro, ſiue in Eccleſia Sacrarioiuè quicquam, quod ad diuinorum officiorum rationem ſeu cultum pertinet, fieri iubeat, ijs exceptis, quibus id ex proprio officio incumbit.

Qui ſecus fecerit, vnius diei diſtributione plectatur.

Quiſquis in Choro, aut in proceſsionibus in aliquo infraſcriptorum errauerit, mulctetur illius horæ diſtributione, quæ cæteris accreſcat.

Qui pileum in Choro detulerit.

Qui ſubirretum in Miſſarum celebratione ad altare detulerit

Qui Chirothecas in Choro, aut proceſsionibus adhibuerit.

Qui in Choro vagatur.

Qui priuatim ibidem officium recitat.

Qui in Choro dormitat, ſi ab alio Canonico, qui propè aſsidet, ſeu ab alio præfecti iuſſu expergefactus dormitare non deſtiterit.

Qui literas, libros, ſcripturaſuè alias præter eas, quibus tunc pro ratione diuini officij, quod agitur, neceſſariò vtendum eſt, perlegerit.

Qui à Chori parte, in qua ſedet, aliqua non impeditus valetudine vnà cum cæteris non pſallit.

Quique Antiphonas, Reſponſoria, aliàque id genus ad lectorile non cecinerit.

Qui Antiphonas alias, aut cantus, quam quæ officio conueniunt, ceciuerit; quiuè prædictorum partem omiſerit.

Qui habitu cuique pro ratione ordinis, loci, temporis, ac officiorum præſcriptum non induerit.

Qui Clericalem coronam perſpicuam, & ordini conuenientem non geſſerit.

Qui caligas, ſeu alias veſtes alterius coloris, quàm nigri geſtauerit.

Qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qui ſubuculas ad manus, collumuè rugoſas aut acu artificioſè elaboratas detulerit.

Qui interiori veſte vſq; ad talos non demiſſa vſus fuerit.

Qui in Choro cachinnatur, confabulatur, ſeu cum alio quopiam extra Chorum exiſtente colloquitur; niſi id fiat aut cauſa officij ſui in Choro obeundi, aut neceſſarij reſponſi vnico verbo, ſi fieri poteſt, reddendi.

Qui è loco, vel ab ordine ſuo in Choro aut proceſsionibus, diſcedit, niſi officij, quod obire debet, aut ſuperiori locum cedendi ratio id poſtulet.

Qui è Choro abit, antè quam abſolutis diuinis officijs, bini omnes decenti ordine ſimul recedant; niſi corporis neceſsitas cogat: tumq; id Præfecti conceſſu, moxque reuerſurus faciat.

Qui Epiſtolas, Capitula, Orationes, Lectiones, & id genus alia, memoriter in Choro recitauerit, aut cantauerit.

Qui item ſæpè admonitus cæremonias ex inſtituta earum ratione in Choro, alibiuè præſtare neglexerit.

Qui, dum in Choro diuina officia celebrantur, Miſſam, quam priuatam vocant, mercede aliqua celebrauerit, præter tabellæ præſcriptum ordinem, illius horæ diſtributionem amittat.

Quicunque ſingulis diebus dum per Octauas Corporis Domini noſtri, Veſperis, aut Matutino, aut proceſsionibus, in propria Eccleſia, vt alijs interuiat non interfuerit, præter amiſsionem Ordinarij cenſus, vnius diei amiſſione plectatur.

Qui in funeralibus, aut proceſsionibus aut alijs officijs, quæ extra propriam Eccleſiam capitulariter celebrantur, ad ſuam Eccleſiam non fuerint reuerſi, tanquam abſentes à toto illo officio cenſeantur.

Qui Concioni intra Miſſam haberi ſolitæ, aut lectioni poſt Veſperas conſuetæ integrè non adfuerit; ille tanquam abſens à Miſſa, notetur: Hic verò dimidia Veſperarum diſtributione careat.

Theſaurarius, caneparius uè, qui alicui plus ſoluerit, ceſſeritue, quàm ſupputationis ratio ad præſcriptum Conciliorum tulerit, aut aliquid quouis modo, pactouè erogauerit, antequam memoratæ ſupputationis ſyngrapham ad formam eorundem Conciliorum ſubſcriptam acceperit, vnius menſis diſtributione, ac etiam maiori pœna Reuerendiſsimi Archiepiſcopi arbitratu plectatur.

Qui verò, vel ante ſolutionis, ceſſioniuè, & ſyngraphæ prædictæ tempus aliquid, vel etiam poſt, pluſquam ſibi debeatur; vllo quouis modo, pactouè acceperit, is à Reuerendiſsimo Archiepiſcopo, & quod acceperit reſtituere cogatur, & triplo mulctetur: quod locis pijs applicetur.

* * *

CAPVT

# CAPVT IV.

## Ratio pulſandi pro officijs.

### *Ratio pulſandi ad Matutinum, & ad Tertiam.*

| | | | *Ad Matutinum.* | ſingulis menſibus. Ad Tertiam. | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ianuarij | à primo die vſque ad 10. pulſetur hora | hora | 12. q. 2. | hora | 16. q. 2. |
| | à 10. ad 20. | | 12. q. 1. | | 26. q. 1. |
| | à die 20. ad finem. | | 12. | | 16. q. 1. |
| Februarij | à die 4. ad xv. | hora | 11. q. 2. | hora | 16. |
| | à 15. ad 20. | | 11. q. 1. | | 15. q. 3. |
| | à die 20. ad finem. | | 11. | | 15. q. 2. |
| Martij | à die primo ad 10. | hora | 10. q. 2. | hora | 15. |
| | à die 10. ad 20. | | 10. | | 14. q. 2. |
| | à die 20. ad finem. | | 9. q. 2. | | 14. |
| Aprilis | à primo ad 10. | hora | 9. q. 1. | hora | 13. q. 2. |
| | à 10. ad 20. | | 9. | | 13. q. 1. |
| | à 20. ad finem. | | 8. q. 2. | | 13. |
| Maij | à primo ad 10. | hora | 8. | hora | 12. q. 2. |
| | à 10. ad 20. | | 7. q. 2. | | 12. |
| | à 20. ad finem. | | 7. q. 1. | | 11. q. 3. |
| Iunij | à primo ad 10. | hora | 7. | hora | 11. q. 2. |
| | à 10. ad 20. | | 7. | | 11. q. 2. |
| | à 20. ad finem. | | 7. | | 11. q. 1. |
| Iulij | à die primo ad 10. | hora | 7. q. 1. | hora | 11. q. 2. |
| | à 10. ad 20. | | 7. q. 1. | | 11. q. 2. |
| | à 20 ad finem. | | 7. q. 2. | | 11. q. 3. |
| Auguſti | à primo ad 10. | hora | 7. q. 2. | hora | 12. |
| | à 10. ad 20. | | 8. | | 12. q. 2. |
| | à 20. ad finem. | | 8. q. 2. | | 12. q. 3. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Septembris | à primo ad 10. | hora | 9. | hora | 13. |
| | à 10. ad 20. | | 9.q.2. | | 13. q. 2. |
| | à 20. ad finem. | | 10. | | 14 |
| Octobris | à primo ad 10. | hora | 10. q.1. | hora | 14.q.2. |
| | à 10. ad 20. | | 10. q. 2. | | 14. q. 3. |
| | à 20. ad finem. | | 11. | | 15. |
| Nouembris | à die primo ad 15. | hora | 11. q. 2. | hora | 15.q. 2. |
| | à 15. ad 20. | | 12. | | 16. |
| | à 20 ad finem. | | 12. | | 16. |
| Decembris | à primo ad 10. | hora | 12. q.2. | hora | 16. q. 1. |
| | à 10. ad 20. | | 12. q. 2. | | 16.q.2. |
| | à 20. ad finem. | | 12. q. 2. | | 16. q. 2. |

## *Ratio pulſandi ad Veſperas.*

A Kal. Nouembris vſq; ad Kal. Martij tam in feſtis quam in ferialibus. hora 20.
A Kal. Martij vſque ad Kal. Maij, tam in feſtis quam in ferialibus. hora 19.
A Kal. Maij vſque ad Kal. Septembris. hora 18.
In ferialibus. hora 19.
A Kal. Septembris vſq; Kal. Octobris, tam in feſtis quã in ferialibus. hora 19.
A Kal. Octobris ad Kal. Nouembris in feſtis. hora 19.
In ferialibus. hora 20.
In Quadrageſima dieb. ferialibus ad Veſperas vnico ſigno poſt Sanctiſsimi Sacramenti eleuationem pulſetur.
Salutatio verò Angelica, quæ ante Veſperas pulſari ſolet, in Quadrageſima pulſetur, vel in meridie, vel hora 19.
Completorium in Quadrageſima diebus ferialibus pulſetur per dimidiam horam. hora 21.

# CAPVT V.

## Inquirenda quoad Parochos.

INQVIRAT autẽ quo ad Parochos Viſitator à Vicario Foraneo, & ab alijs Eccleſiaſticis, pręcipuè aũt à teſte Synodali (ſi aliquis ſit in illa Plebe à Pũctatoribus & ab alijs Officialibus & etiam à laicis fide dignis.

Vtrũ ſciat, credat, aut fama ſit aliquẽ Parochũ illius plebis à Parochia ſu a facilè abeſſe, præſertim diebus feſtis, etiã ſi abeſſet, vt alijs Eccleſijs inſeruiret.

Secundò. Vtrũ ſciat, &c. negligentẽ eſſe in cognoſcendo populũ ſuũ. Et hoc etiam ab ipſo Parocho experiri poteſt.

Tertiò. Negligentem in docendo populum ea quæ ad ſalutem neceſſaria ſũt; tum in generali, concionando diebus feſtis, & tempore ieiuniorum, ter in hebdomada Quadrageſimæ & Aduentus, &

in Schola doctrinæ Chriſtianæ; tum etiam in particulari.

Et hoc an ſit, experiatur Viſitator.

4 In Sacramentorũ adminiſtratione.

5 In exponendo vim Sacramentorum in eorum adminiſtratione. Et hoc idem experimento Viſitator cognoſcat.

6 Negligentem in celebratione Miſſę: Et hoc ex libro, in quo celebrantes ſcribunt, inſpiciat.

7 In oratione Matutina, Veſpertina, & pro defunctis.

Gene. Prou. 4. de Paroch. Petr. p. 2. c. 13.

8 In diuinis officijs etiam cantandis; quando ea cantare tenetur, & in proceſſionibus.

9 In Viſitatione, & cura infirmorum, vt etiam non vocatus eos inuiſat.

10 In funeralibus, & anniuerſarijs pauperum.

11 In remouẽdis ſcandalis, ſuperſtitiõnibus, abuſibus, litibus, diſcordijs, rixis, & quibuſcunq; peccatis, præcipuè publicis.

12 In ſeminandis, inducendiſque virtutibus, præcipuè quoad cultum dierũ feſtorum, & quoad rectam, & religioſam in Eccleſijs conuerſationem.

13 In ſubleuando, & ſubleuari curando pauperes miſerabiles Parochæ.

14 In præcipua cura Clericorum, aliorumque Eccleſiaſticorum Parochiæ.

15 In conſeruandis bonis, & iuribus Parochialis Eccleſiæ.

Item an ſciat, &c. aliquem Parochum aliquos particulares ad Miſſam audiendãm expectare, cũ populi præcipuè incommoditate.

Item an ſciat, &c. aliquem non obſeruare in adminiſtratione Sacramẽtorũ ea, quæ in ſacramentali præſcripta ſunt.

An ſit, qui in Sacramentorum adminiſtratione aliquid petat, ſuſcipiatuè, vel in aſperſione aquæ benedictæ, quando in ædibus fit.

An ſit, qui nimis propere cadauera ſepeliat. Item an ſciat, &c. aliquem, &c. eſſe ſimoniacum, auarum, ſordidum, aleatorem, gulę, & ebrietati deditũ, luxurioſum, iracũdum, venatorem, negotijs ſecularibus implicatum, alioue modo ſcandaloſum.

An ſciat, &c. aliquem, &c. bona Eccleſiæ dilapidare, vel malè adminiſtrare, vel ad longum tempus, vel propinquis locare.

An ſciat, &c. aliquam eſſe difficultatem, quo minus Parochus in Sacramentis adminiſtrandis, & quæ ad diuinum cultum pertinent celebrandis, omnibus ſufficienter ſatisfacere poſsit.

An Parochus audiat in confeſsione non ſuos Parochianos.

Statũ autem ſingulorum Parochorũ, vt de Canonico dictum eſt, Viſitator cõficiet, vel in vniuſcuiuſque Parochiæ Viſitatione, vel die congregationis poſt abſolutam viſitationem: ſi propter literarum, ac diuinarum cæremoniarum examen, tunc oportunius erit, ad quod Theologi, & cæremoniarum Præfecti illius plebis opera vti poterit.

In conficiendo autem ſtatum Parochi, illis, quæ de Canonico dicta ſunt, addat, an Clericum domi retineat: An libros parochiales confecerit ad præſcriptum: An doctrinam Chriſtianam ſingulis diebus feſtis doceat. Et an eius ſodalitatem inſtituerit: An ſermonem ad populum intra Miſſarum ſolemnia diebus præſcriptis habeat, & qua hora Miſſam celebret: Et an ad Kalendarij præſcriptum, quæ populo denuncianda ſunt, denunciet.

An officia diuina temporibus ſtatutis canat.

An diebus Dominicis ante quatuor ſtata ieiunij tempora ſupplicationes, Litaniæq; habeantur pro ordinandis.

An

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An educationem, diſciplinam, & progreſſum Clericorum ſibi ſubiectorum procurauerit, ac Reueredíſſ. Archiepiſcopo tertio quoq; menſe ſignificauerit: An perſonarum Eccleſiaſticarum domicilij mutationem eidem denunciauerit: An quæ de conuentu menſtruo præſcripta ſunt, ſeruet: An abſque legitima facultate ludimagiſtri officium præſtet, & demum quem fructum anno illo, tum ratione progreſſus ſpiritualis populi, præſertim quoad Sacramentorum frequentiam, tum etiam ratione ipſius Eccleſiæ fecerit.

# CAPVT VI.

## Quæ in literarum examine potiſsimum inquirenda in Viſitatione.

QVOD autem ad literarum examen ſpectat, præcipuè cognoſcendus eſt progreſſus, & fructus exercitationum in alia Viſitatione præſcriptarum: & an in Catechiſmo ad Parochos, in alijsque libris præſcriptis verſatus ſit. Maximè verò inſiſtendum eſt circa Sacramentorum cognitionem, & adminiſtrationem: exempli cauſa.

**Circa ſacramentú in genere**
- Quid ſit Sacramentum.
- A quo Sacraméta inſtituta ſint.
- Quare inſtituta ſint.
- Quomodo differant Sacraméta nouæ legis à Sacramenta veteris legis.
- Quot ſint Sacramenta nouæ legis, & quare tot.
- Quæ Sacramenta miniſtret Parochus.
- Quid Parochus intendere debeat in Sacramentorum adminiſtratione.
- An miniſtrás in peccato mortali peccet mortaliter.
- An excommunicatus poſsit miniſtrare Sacraméta, & quomodo.

**De Baptiſmo**
- An hoc Sacramentum ſit omnino neceſſarium.
- Quotuplex ſit Baptiſmus.
- Quę ſit eius materia & forma.
- An Parochus peccet vtendo alia aqua, quam Baptiſmali, & quando.
- Quot modis miniſtretur, & Parochus poſsit vti ritu, qué maluerit.
- Quando quis baptizandus ſit.
- Quæ facienda à Parocho ante adminiſtrationem, in adminiſtratione, & poſt adminiſtrationem Baptiſmi.
- Expoſitos quãdo, & quomodo baptizet, & quomodo illum, qui dum in vtero eſt, in aliqua parte baptizaret.
- Quomodo monſtrum.
- Quos à ſuſceptione excludat.
- Quæ cognatio, & inter quos oriatur.
- Quid faciat quando deficit, vel corrumpitur, vel congelatur aqua.
- Sal quo vtitur, vnde ſumat, & an benedicat, & quid agat de benedicto, quod ſupereſt.

**De pœnitétia**
- An hoc Sacramentum ſit neceſſarium.
- Quomodo differat à pœnitétia, vt eſt virtus.
- Quæ materia, & quæ forma.
- Quæ præparatio, ſeu diſpoſitio

tio in Confeſſario, & in pœnitente requiratur.
Quos ad Confeſsiones admittat, & an non ſuos Parochiales.
Quem ordinem teneat, quando audit Confeſsiones.
Quomodo audiat mulieres.
An extra Confeſsionale.
Quomodo audiat ægrotas.
Qui ſint caſus reſeruati Summo Pontifici.
De pœnitētia: Qui Epiſcopo, & quomodo ſe gerit cum habente caſum reſeruatum.
Quid ſit peccatum.
Quomodo cognoſcatur mortale à veniali.
Quæ circumſtantię neceſſario confitendæ.
Quæ pœnitentia iniungenda pœnitenti.

De ſanctiſſ. Euchariſt. Sa-:
An ſit neceſſarium, & quando.
An domi manens non ægrotus in Paſchate communicandus ſit.
Quæ ſit eius materia, & forma.
Quomodo differant Sacramētum, & ſacrificium.
Quomodo ſit ibi Chriſtus, & quare fiat conſecratio in vtraque ſpecie.
Qui expellendi ab hoc Sacramento.
Quando communicandum.
Quo ordine.
Quibus auxilijs.
Quomodo inſtruendi, & admittendi, qui nondum ſuſceperunt.
Sanctiſsimum hoc Sacramentum.
In adminiſtratione ad ægrotos quid faciendum, ſcilicet.
Ante adminiſtrationem.
In ipſa adminiſtratione.
Poſt adminiſtrationem.
Quoties eidem ęgroto miniſtret.
Quid pro purificatione detur.
Proceſsio ſanctiſsimi Sacramenti an, quomodo, & quando fiat.
Expoſitio quare, & quomodo fiat.

Hæc autem inquirat, niſi in Viſitatione Sanctiſsimi Sacramēti id ipſum cognouerit.

De Sacramēto Extremæ Vnctionis:
An ſit neceſſarium, ita vt cadauer illius qui illud recuſauerit, non ſit in ſacro ſepeliēdum.
Quæ ſit eius materia & forma.
Effectus proprius quis.
Quando, & quibus miniſtrādum, & quoties eidem.
An ipſe ſemper ſacrum oleum deferat, & quomodo.
Quid agat, quomodo oleum deficit.
Quomodo ſe gerat.
Ante adminiſtrationem.
In adminiſtratione.
Poſt adminiſtrationem.

De Sacramēto Matrimonij:
Quæ ſit materia, & forma.
Quando accipiat conſenſum ante denunciationes.
Denunciationes quando & quomodo faciendæ.
Quæ ſint impedimenta dirimentia Matrimonium.
Quot teſtes neceſſariò requirantur.
Quando, & vbi Matrimoniū cele-

celebrandum, quando ſponſi benedicantur.
Quomodo, & inter quos affinitas oriatur.

Alia præterea inquiret ſecundum Parochi, & loci qualitatem; præcipuè autem de Contractibus, & Vſura, de Reſtitutione, de Cenſuris, de Cæremonijs Miſſæ, & de diuinis officijs. Et fiat examen circa Rubricas, & ordinationem officij, vt dignoſci poſsit, an recitare ſciat. Et hæc de cæremonijs, de diuinis officijs, & etiam de exercitationibus ſtudiorum in Viſitatione præſcriptis inquirat quoque à Canonicis, & ab alijs Sacerdotibus.

# CAPVT VII.
## Quæ inquirenda de Capellanis.

DE Capellanis autē ſiue Titulares, ſiue Mercenarij ſint, inquirat Viſitator.

An cum facultate legitima celebrent.

An præſcripta in facultate obſeruent.

An præcipuè hora, & loco præſcriptis.

An ſemel ſaltem ſingulis menſibus pro defunctis.

An illis celebrantibus Clericis ſuperpelliceo indutus inſeruiat.

An Proceſsionibus interſint, & quomodo.

An diebus feſtis diuinis officijs, Concioni, & Lectioni adſint.

An doctrinam Chriſtianam doceāt, & vbi.

An libros ad præſcriptum habeant.

An literarum ſtudijs, exercitationibus præcipuè decretis incumbant, Doctoresque præſcriptos audiant.

An Miſſam celebrent ante Matutinum.

An officium recitent aliquid manuale faciendo.

An ad ſtatutas congregationes ſingulis menſibus conueniant.

Alia præterea de moribus, habitatione, & habitu, vt ſupra, perquirat, ſtatumque peculiarem conficiat: & ſi quis alterius Diœceſis ſit, eius dimiſſoriam diligenter videat, præſertim an tempus in ea præſcriptum tranſactum ſit.

# CAPVT VIII.
## Inquirenda de Cuſtodibus.

AN diligentē curā adhibeāt, ne ad ſacra admittātur excōmunicati, interdicti, publicè crimináoſi, alijq; indigni.

An mercimonium, profanasq; deambulationes, & quicquid in Eccleſijs cōmittere turpe, & ſceleratum eſt, & quod diuini officij celebrationem dehoneſtat fieri pro virili prohibeant. An curent, vt viri, & fœminæ in locis ipſis ſeparatim aſsignatis permaneant.

An canes qualeſcunq; illi ſint ab Eccleſia arceant, vel ingreſſos expellant.

# CAPVT IX.
## Inquirenda de Clericis.

DE Clericis verò inueſtiget potiſsimum.

An ad præſcriptum peccata confiteantur, & Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumant.

An Miſſam ſingulis diebus audiant; & an celebranti inſeruiant, & an tunc aliquid de officio recitent.

An Eccleſijs, quibus aſcripti ſunt, iugiter inſeruiant.

An functiones peculiares deuotè exerceant.

An concionibus, & lectionibus ſacris diebus feſtis interſint.

An doctrinam Chriſtianam doceant.

An Congregationem Clericorum frequentent.

An rectè legant, pronuncientuè, &

An competenter, & perfectè ſcribant.

An litterarum ſtudijs incumbant.

An præſeferant ingenium, memoriam, capacitatem, & ſpem profectus pro ratione ætatis.

An, qui decimum quintum annum attingunt, libros præſcriptos habeant. Concil. Prouin. 1. eod.

An reuerentes, & obedientes ſint parentibus, Sacerdotibus, & magiſtris.

Alia præterea de moribus, &c. vt ſupra.

Et videat literas teſtimoniales Vicarij, Foranei, Parochi, Confeſſarij, Magiſtri, & Prioris Doctrinæ Chriſtianæ.

Quantum verò ad literarum examen, fiet ſecundùm qualitatem perſonæ. Præcipuè verò videndum eſt, an intelligant linguam latinam, & fidei rudimenta teneant; & an Miſſæ inſeruire ad præſcriptum ſciant.

# CAPVT X.
## Inquirenda de Clero in generali.

Plura ex S. Dionyſ. Carthuſ. in opuſ. de regim. ad Timoth. 1. cap. 3.

DE Clero autē in genere hæc inquirēda videntur. In primis verò iuxta regulam Apoſtoli.

An irreprehenſibiliter conuerſentur, id eſt abſque graui, & notabili culpa.

An ſobrij. Quo circa inquirendum eſt.

An ſint potatores, ſeu ebrioſi; an tabernas viſitent; an commeſſationibus vacent: an bibendo, & comedendo ſint diſſoluti: an demum frugalitatem in Concilijs præſcriptam ſeruent.

An ornati, id eſt, morigerati, & prudentes. Quocirca ſolerter eſt penſandum, an pro ordinis, & officij ſui ratione ſint ſufficientis literaturæ, & an etiam ſint benè compoſiti.

An pudici in verbis, & in factis; vel an laſciui, & inhoneſti.

An hoſpitales, & cæteris miſericordiæ actibus dediti.

An creditum ſibi gregem informent de credendis, atque agendis publicè, ac priuatim, & vnumquemque ſecundum exigentiam ſui ſtatus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An aliquē corporaliter, aut ſpiritualiter cædant, lædant, ſiue inordinatè affligant.

An ſint contentioſi.

An cupidi.

An domeſticis ſuis efficaciter præſint, taliter illos regendo quòd alijs exemplares exiſtant.

An etiam ſint ſuperbi, & iracundi: & non potius humiles, mites, iuſti, benigni ac continentes.

Inſuper inquirendum eſt, an ea, ad quæ ex Decretalibus obligantur, adimpleant; videlicet:

Plura in tit. de vit. & hon. cler.

An arma deferant, an barbarinos cultellos, ſiue ſimilia: niſi fortè per loca periculoſa ad incutiendum terrorem latronibus; & tunc cum facultate legitima.

An comam relaxent; & an barbam nutriant.

An ad bibendum ſe inuicem, vel alios incitent.

An officia, ſiue cōmercia ſecularia potiſsimum inhoneſta exerceant.

An Monaſteria Monialium, abſque manifeſta, ac rationabili cauſa frequentare præſumant.

An cum mulieribus ſecundum iura prohibitis morentur.

An nimis ioculatoribus, ſeu hiſtrionibus ſint intenti.

An aleis, taxilliſuè ludant; ſiue huiuſmodi ludis interſint.

An veſtimentorum, & ornamentorum ſuperfluitates, precioſitates, curioſitates, ac pompas deuitent.

An Tabellionatus officium exerceant.

Amplius, quæ in Decreto habentur, videlicet.

c. his igitur, diſt. 23. cum alijs ſimil.

An à vulgari ſæcularique vita ſecluſi ſint, atq; à vanitatibus, ac voluptatibus mundi ſe abſtineant, ita, vt neque pompis interſint, neque ſpectaculis.

An publica conuiuia fugiant; & priuata, non ſolum pudica, ſed etiam ſobria colant.

An dolos, coniurationes, detractiones, odium, indignationem, turpium lucrorum occupationes indignè deuitent.

An pro beneficijs medicinæ Dei, id eſt, pro Sacramentis, & ſpiritualibus beneficijs, ſiue ſuffragijs pecuniam exigant, aut ſuſcipiant.

An negotiationi incumbant.

Et in ſumma, an abſtineant non ſolùm ab ijs, quæ in ſe mala ſunt: ſed etiā ab his, quæ ſpeciem mali habent.

Plura etiam ex Sacro Concilio Tridentino, ex Concilijs Prouincialibus, & Diœceſanis addi poſſent; quæ ex inquiſitionibus de Canonico, Parocho, & Capellano elici poſſunt.

Præſertim verò Viſitator videat, an functiones etiā; ordinū minorum in vſum reductæ ſint & an exerceantur per conſtitutos in illis ordinibus. Et conſideret, an minores ordines exercentibus ſtipendia aſsignari poſsint. Videat etiā an ſit aliquis diuino miniſterio aſcriptus, qui quæſtum ſordidum exerceat, vel mendicet.

Concil. Trid. ſeſ. 23. c. 17. Concil. Prou. 1. eod.

Concil. Prou. 4. quæ ad ſac. ord. §. vſus. d. c. 17.

Inquirat etiam diligenter de funeribus, qua videlicet pietate, quo ordine, quo tempore, quibus cæremonijs fiant; & quam mercedē, eleemoſynamuè ſacerdotes exigāt, aut ſuſcipiant; & an in eis auiditatem præſeferant; & an miſerabiles, quibus videlicet nihil ſupereſt, ſumptibus Eccleſiæ ſepeliant.

Concil. Triden. ſeſſ. 21. cap. 2.

Concil. Prou. 1. de funer.

Videat an Clerici beneficiati in loco ſuorū beneficiorū actu reſidentes, ſaltē in quatuor maioribus feſtiuitatib. anni, Paſchæ videlicet, Pentecoſtes, Natiuitatis Chriſti, & Aſſumptionis Beatæ Virginis, vel omnium Sanctorum in Eccleſijs, in quibus reſident, publicè in Miſſæ ſolennioris officio ſub ſummo ſacro de

manu

manu celebrantis, reuerenter, & deuotè ſumant ſacroſanctum corpus Domini.

Et an pro ſummo Pontifice ægrotante, & pro eodem defuncto orent.

Concil. Prou. 6. quæ ad An etiam pro Epiſcopo ad præſcriptum Concilij.

Inquirat etiam de fructibus, & prouentibus Eccleſiæ, quomodo diſpenſentur. dia. eſt Concil. Prou. 1. quæ ad bon.

Et accurratè videat inſtrumenta ordinum, & bullas beneficiorum: præcipuè autem infra ſcripta perpendat.

# CAPVT XI.

## Aduertenda circa inſtrumenta Ordinum.

DILIGENTER, & ſtudioſè circa ordinum inſtrumenta Viſitator conſideret.

Concil. Triden. ſeſſ. 23. cap. 12. An in ætate non legitima promotus fuerit; id eſt ad Subdiaconatũ ante 22. annum ad Diaconatum ante 32. Sacerdotiũ ante 25. inchoatum.

An plures ordines ſacros, vel minorem, & Sub diaconatum eodem die ſuſceperit, & etiam, an plures minores nõ diſpenſatus ab Ordinario ſuo.

An ſine diſpenſatione propter interſtitia, vbi opus ſit.

An, ſi à non ſuo Epiſcopo abſque dimiſſorijs ſui Ordinarij.

An in temporibus à iure non ſtatutis ſine canonica diſpenſatione; & an in ordine malè ſuſcepto miniſtrauerit.

An per ſaltum; & an ſic promotus miniſtrauerit.

An obſtiterit natalium defectus, etiam occultus; & ſi fuerit diſpenſatus in minoribus ſaltem ab Epiſcopo, & in maioribus à ſummo Pontifice, an in diſpenſationis petitione falſum narratũ, aut ſuggeſtum ſit.

An cum dimiſſorijs Capituli, vel alterius loco Capituli infra annum à die vacationis conceſsis promotus fuerit, & hoc caſu, an occaſione beneficij recepti, vel recipiendi arctatus fuerit.

An maiores ordines ad titulũ beneficij, penſionis vel patrimonij nõ ſufficientis, & actu non poſſeſsi ſuſceperit.

Conſideret etiam, & inquirat an furtim, vel cum aliquo corporis vitio; quod deformitatem notabilem induceret, fuerit promotus.

An excommunicatus, aut per ſimoniã.

An irregularis ex delicto, vel bigamia non diſpenſatus.

Et circa hæc magna diligentia adhibenda eſt, quia vbi ordines ſacri extra tempora ſtatuta, aut ante ætatem legitimam, vel ſine proprij Epiſcopi dimiſſorijs ſint accepti ex Conſtitutione Pij Secundi ad literam relata à *Fuſch.* ſuſpenſio ipſo iure incurritur, & adminiſtrando irregularitas; vt demum ad beneficiorum priuationem procedi poſsit: Item de eo, qui per ſaltum promotus eſt; cum quo tamen ex legitima cauſa, ſi non miniſtraſſet, Epiſcopus diſpenſare poterat. Et qui ſuſcipit aliquem ordinem etiam minorem per Simoniam propriã, realem ante ordinationem commiſſam, licet occultam, quæ ſit cauſa ordinationis, eſt excommunicatus; etiamſi committatur dando alicui tertio, nõ autem Ordinatori. Et illegitimus abſque Fuſch. lib. 2. c. 28. n. 36. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 14.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

diſpenſatione ordinatus, ſiue illegitimitas ſit publica, ſiue ſecreta, eſt irregularis. Et quando etiam furtim contra prohibitionem ordinantis, ſi prohibitio fuit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, eſt excommunicatus, & irregularis; cum quo Papa ſolus diſpenſat. Qui etiam eodem die duos ordines ſacros ſuſcipit, poſteriore eſt ſuſpenſus: & in eo Papa ſolus diſpenſat.

Nau. d. cap. 25. ſub n. 68. cap. 1. de fil. presbyt. Nauar. num. 69. Nauar. num. 70.

Si ordinatus fuerit illegitimè cum dimiſſorijs Capituli, vel eius nomine eſt ſuſpenſus ab executione ordinum, ſi eſt in ſacris, ad arbitrium futuri prælati; ſin autem in minoribus eſt conſtitutus, priuilegio non gaudet.

Concil. Trident. ſeſſ. 7. c. 10. & ſeſſ. 23. c. 10.

Si eſt excommunicatus, licèt minores ordines ſuſceperit, efficitur irregularis, ſi excommunicatio erat maior; cum quo ſolus Papa diſpenſat.

Si verò maiores ordines ad titulum beneficij, penſionis, vel patrimonij non ſufficientis, & actu non poſſeſſi ſuſceperit, eſt ſuſpenſus; ſicut etiam quilibet alius malè promotus; cum quo ſolus Papa diſpenſat.

Sixt. V. conſtit. 29.

Itaq; hæc pœna communis eſt contra quoſcunq; malè promotos; vt ſint ſuſpẽſi ab executione, miniſterio, & exercitio ordinũ ſuſceptorũ; & ſine ſpe, & facultate ad alios ſuperiores aſcendendi. Et ſi miniſtrare præſumpſerint, ſic irregulares effecti, priuati ſint omnibus dignitatibus, beneficijs, & officijs Eccleſiaſticis, & inhabiles facti ad illa, aliauè ſimilia, vel diſsimilia obtinenda. At Regulares ſunt etiam priuati voce Actiua, & Paſsiua. Et abſolutio à reatu, & diſpenſatio ab irregularitate ſummo Pontifici reſeruata eſt; ita, vt nec per Iubilæa neq; per indulgentias extraordirias, etiam Cruciatæ ſanctæ ab alio abſolui, vel diſpenſari queant; niſi in articulo mortis *ex dicta Conſtitutione Sixti V.* Ideò Viſitator aduertat, quando poſt illam Conſtitutionem promotus fuit, quæ edita fuit *Nonis Iannarij Incarnationis Domini anno* 1588.

d. conſt. 29.

# CAPVT XII.

## Circa obtinentes beneficia.

CIRCA verò beneficia obtinentes, eorumq; titulos, videat:

An aliquo Canonico impedimẽto prępediti ſint: & ſi adeſt diſpẽſatio an ſit ad beneficia & ad quot, & ad qualia.

Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. Rot. deciſ. 11. de iure pat. in antiq. Felin. in cap. ex parte, de reſcript. c. licet, de elect. 6.

An ante 14. annum, vel ante primam tonſuram beneficium obtinuerit.

An beneficium ſit erectum, & confirmatum ab ordinario, ita vt ſit beneficiũ.

An beneficiũ ſit ſimplex, an reſidẽciale.

Ad quem eius collatio ſpectet.

An ſit eius conditionis, vt beneficiatus neceſſariò in aliquo ordine, tẽpore collationis conſtitutus eſſe debeat.

An ſit tale, vt beneficiatus infra certũ tempus debeat ordinari, vt eſt Eccleſia Parochialis: vel ſi eſſet Archipresbiteratus, vel Præpoſitura, licet beneficium eſſet ſimplex. Et videat an infra illud tempus fuerit promotus.

Borgn. deciſ. 17. ſub nu. 21 lib. 1. Pariſ. conſ. 15. num. 7 lib. 4. Staph. de lit. grat. de mod & form. impetr.

An item certam ætatem, vel aliam qualitatem requirat. Collatio tamen de Canonicatu, licet beneficium ſit clericatus, non autem Canonicatus, tenet. Sicut etiam de Curato pro ſimplici, & de dignitate pro officio.

An ſit Iuriſpatronatus, & tunc inſpiciatur, ſi haberi poteſt, fundatio.

An beneficiatus legitimè electus, præſentatus, ac inſtitutus fuerit.

An patronis, vel inſtituentibus aliquid promiſſum, vel ſolutum ſit.

An ſit ei aliquod beneficium vnitum, & diligenter videndum eſt, an valeat Vnio, vel an reuocanda ſit ex ijs, quæ ſupra dicta ſunt de Vnionibus, & an conditiones in Vnione appoſitæ ſeruentur.

An facta ſit collatio cum conditione, ſi aliud, quod obtinet, reſignet, & cui.

An cum alia conditione, vel pacto.

An cum diminutione.

An ſit derogatum oneribus contra Sacrum Concil. Trid.

Seſſ. 25. cap. 5.

An permutatio facta cum aliquo in dignitate Eccleſiaſtica exiſtēti, hoc ſummo Pontifici non narrato, quia non valet.

Rebuff. in pra de form. ſig. nu. 12.

Ante omnia autem inueſtigādum eſt, an aliqua Simonia interceſſerit: quocirca plura conſideranda ſunt.

Si ex permutatione beneficium obtinuerit, conſiderandus eſt vtriuſque beneficij valor. Notabilis enim inæqualitas in permutatione Simoniæ præſumptionem arguit: multò magis, quando beneficiū eſt nullius momēti, vel eſt Capellania ficta; præcipuè vbi adeſt conſanguinitas, & quando probabiliter beneficium erat de proximo vacaturum, vel per obitum, vel per ingreſſum Religionis: Et ſaltem coniectura inæqualitatis beneficiorum, ſi aliæ concurrāt, ſufficit ad irritandam permutationem. Conſiderādum eſt etiam an ſit tractatum, vel etiam ſimpliciter concluſum inter partes de permutatione.

Pariſ. conſ. 140. lib. 4.

Si ex ceſsione obtinuerit, videat quænam fuit cauſa impulſiua, & ſi facta ſit iuxta *Bullam Pij V.* & an ſit facta publicatio, & petita poſſeſsio tempore præſcripto.

Cōſt. 58. Conſt. Pii V. 182. Greg. 13. Conſtit. 87.

An aliqua pars fructuum reſeruata ſit abſque ſuperioris auctoritate.

An is, qui beneficiū obtinebat, vt illud cederet, aliquod emolumentum temporale ſit conſecutus.

An facta ſit mentio, quod renunciāns fuerit promotus ad titulum illius beneficij.

Conſtit. 87.

An aliqua interceſſerit confidentia, quæ coniecturis probatur, *vt in Bulla Pij V.* de qua latè *Nauar. in ſuo Manuali, & Epiſcopus Vulter. in tractatu de irregularitate & Can. impedimentis.*

Nauar. cap. 23. nu. 110. Vulter. cap. 35. num. 5.

Vt quando quis, ceſſo, dimiſſoue beneficio, & publicata reſignatione, poſſeſsioneq; capta, in illo, eiuſue rebus, vel fructibus aliquomodo, per ſe, vel per alium ſe ingeſſerit.

Et alijs modis *in dicta Bulla* ſpecificatis, & à dictis Doctoribus diffusè declaratis. Et ſingulæ coniecturæ per ſingulares teſtes probantur, vt ibi dicitur.

Onera quoque, quibus beneficium affectum eſt, diligenter inueſtigāda ſunt, & an ipſis ſatisfiat: Præcipuè autem:

An plura obtineat beneficia, & ſi ea ex ſui natura incompatabilia ſint, vel propter pluralitatem ex Concilio Tridentino: Et quātum ad hoc attinet, perpendatur vniuſcuiuſq; beneficij valor, & perſonæ qualitas, &

Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17.

An de omnibus in impetratione mētionem fecerit.

An officium diuinum recitauerit, & ſi non recitauerit, an fructus malè perceptos reſtituerit.

An alijs etiam oneribus ſatisfecerit, vel ratione Miſſarum, vel intereſſentiæ diuinis officijs in Choro, & huiuſmodi, vel ratione fundationis, vel de iure, vel de conſuetudine: Et vbi defecerit, an reſtituerit fructus malè perceptos.

Si quis verò beneficiatus ſit alterius Diœceſis, inueſtigetur, an per longam habitationem, domicilium contraxerit.

Concil. Prou. 1. quæ ad bon. §. ſacrorū.

An literas dimiſſorias, vel teſtimoniales habeat, & ſi ad tempus vel indefinitè conceſſæ ſint ita, vt vel expirauerint, vel adhuc durent: Et ſi ſub aliqui-

bus conditionibus conceſſæ ſint, an illas adimpleuerit: & ſi ob aliquam cauſam, puta inimicitiæ, an illa ceſſauerit. Et hæc videnda ſunt etiam cum extero non beneficiato, vt ſupra dictum eſt.

# CAPVT XIII.

## Circa penſionem obtinentes.

QVOD verò ad obtinentes penſionẽ aliquam Eccleſiaſticam pertinet, in primis videndum eſt:

An Canonicè ſit impoſita.

Gig. de penſion. c.4. & 5. Spec. de vit. & hon. Eccleſ. lib. 4. c. 31. An licita ſit, vel illicita: quando autem licita ſit, vel non, tradit *Gig. in tract. de penſionibus* præcipuè cognoſcat, qua cauſa occaſioneuè impoſita ſit: & an aliquid Simoniacum interceſſerit, & an fuerit impetratum beneficium, vt renunciaretur cum penſione contra *Conſtitutionem Pauli IV.* Hoc enim caſu eſt excommunicatio ipſo facto. Conſtit. 34.

An qui eas obtinent poſt *Bullam Pij V.* Officiũ Beatiſsimæ Virginis recitauerint, & qui à recitatione defecerint, an fructus malè perceptos reſtituerint.

An Ordinatus ſit ad titulum illius pẽſionis.

Poteſt etiam inquiri de illo, qui extinxit penſionem, an cum facultate Summi Pontificis id factum ſit.

# CAPVT XIIII.

## Inquirenda de Regularibus.

Concil. Trid ſeſſ. 5. c. vlt. DE Regularibus à Vicario Voraneo, à Parocho, & ab alijs pijs Viris inquiret potiſsimum.

Conc. Prou. 6. eod. d. ſeſſ. 5. c. vlt. An prædicent, ſine facultatis, benedictioneſuè teſtimonio, etiam in locis, vbi ſpiritualem, temporalemque iuriſdictionem habent.

Conc. Prou. 6. eod. An hæreſes, ſcandala, aut errores prędicauerint.

Conc. Prou. 1. de prædic. verbi Dei. An collectam inter concionandum proponant, faciantuè.

An concionator ſe ipſum commendet eleemoſynæ cauſa.

Conc. Prou. 5. quæ ad ſid. Conſtit. 114. An publicent indulgentias ſine Epiſcopi conſenſu.

An profeſsionem fidei præſtiterint omnes, qui eam præſtare tenentur, videlicet Profeſſores, Concionatores, & Confeſſarij ad pręſcriptum *Bullæ Pij IV.*

Conc. Prou. 1. quæ ad ſac. pœnit. Cõſtit. edita die 10. Aprilis 1572. An audiant confeſsiones ſine facultate ſcripta: Eſt enim pœna excommunicationis.

An ſe ingerant in caſibus reſeruatis ſine Epiſcopi facultate contra *Conſtitutionem Pij V.*

Conc. Prou 3. quæ ad ſac. pęn. An relaxent publicam pœnitentiam ſine Epiſcopi conceſſu.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. An conueniant ad proceſsiones generales in Parochia, vel in plebe, vbi habetur Monaſterium.

Decl. Apoſt. vt in lib. inſtit. fol. 97. An in eorum Eccleſia imagines ſacræ inſolitæ pictæ ſint, vel veritati non conuenientes, vel aliàs contra Sacrum *Concil. Tridentinum.*

Seſſ. 25. de inuoc Sanct. Conc. Trid. ſeſſ 5. c. 1. Conc. Trid. ſeſ. 6. 12. de

An in Monaſterio Monachorum, vbi commodè fieri poteſt, Lectio Sacrę ſcripturæ habeatur.

An ſeruent, & publicent cenſuras latas ab Epiſcopis.

An item feſta per ipſos inducta.

An mulieres clauſtra Monaſteriorum ingrediantur contra *Conſtitutiones Pij V. & Gregorij* XIII.

ſeqq. Fuſch. lib. 2. c. 15. num. 62. d. cap. 12. Conſt. 22. Conſt. 36.

# CAPVT XV.

## Inquirenda quoad Confratres.

INQVIRATVR in primis de titulo, & qua ratione ita appelletur, & ſi ſit ex iis, quæ ſunt ſub protectione Regum immediatè, ſeruetur limitatio Cōcil. Trid. ſeſſ. 22. c. 8. Schola à quo, quando, & quare fuerit inſtituta, ſeu erecta: & inſtitutionis literæ à quo Notario fuerint confectæ; vel ſaltem an approbata, à quo, & quando, & à quo Notario literæ approbationis, confirmationiſuè confectæ fuerint.

Quæ ſint eorum inſtituta, & an approbata, quādo, & à quo: & an, & quomodo de approbatione illorum cōſtet.

An illa ſeruare nitantur: præcipuè, an frequenter peccata ſua confiteantur, & ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentū ſuſcipiant.

An ad proceſsiones conueniant.

An tunc vultu cooperto incedant.

An cum birreto, ſeu pileo ſuper caputio.

An diebus ſolemnioribus ad Parochialem Eccleſiam accedant ad audiendam Miſſam.

An Sacerdotem patrem, & ducem in ſpiritualibus habeant: & an omnes corām vno, & eodē peccata confiteātur.

An ſint Officiales, quot, & qui, & eorum officium.

An, quando, & quomodo renouentur, & An à Præfecto, vel à Vicario foraneo confirmentur.

Scholares quot ſint, & an omnes in libro deſcripti, & quomodo recipiantur, & an ſoluant, vel promittant aliquid in ingreſſu, & quid, & quare.

An, quando, & quomodo congregētur.

An inter illos ſint aliqui rixoſi, ac malè viuentes.

An bona Confraternitatis vſurpantes, vel etiam conducentes.

An bona rectè adminiſtrentur.

An redditus diſtribuantur ſecundum voluntatem defunctorum, & ſecundum inſtitutum eorum.

An cōmeſſationes die feſto, vel aliàs, faciant, præcipuè de bonis Confraternitatis.

An, & quæ onera habeant, & an illis ſatisfieri curent.

An Eleemoſynam quærant, & an cum facultate.

An tempore Miſſæ, & diuinorum officiorum in Eccleſia, & an quotam partem Quæſtuario aſsignent.

Et quomodo impendatur.

An omnia in librum ordine referant.

An Theſaurarius ſingulis annis rationem reddat præſente Præfecto, vel Vicario Foraneo.

An nomina debitorum ad Viſitatorem deferantur.

An ſuppellex Eccleſiaſtica decenter aſſeruetur, & vbi, & à quo: & hoc videat idem Viſitator.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An facultates aliquas habeant, & illas exhibeant, ſicut etiam de Indulgentijs, priuilegijs, & alijs, vt ſupra in præparatorijs.

Deinde ſi pauci ſint ſcholares, poteſt fieri ſtatus ſingulorum, & videantur calculi: videatur & liber Ordinationum ſuarum, an aliqua extet, quæ minimè permittenda ſit: Et tunc præcipuè Præfectus ſpiritualis, & priorarguatur.

# CAPVT XVI
## Inquirenda quoad Adminiſtratores locorum piorum.

VISITATOR, quantum ad Adminiſtratores piorum locorum attinet, in primis inquirat de fundatione, Confirmatione, ac de Inſtitutis; à quo, quando, & quibus conditionibus facta ſint.

An ſint ſub cura, & iuriſdictione Ordinarij; vel ſint exempta, vel priuata ita, vt ipſe tanquam vltimarum voluntatũ executor ſolùm viſitare, adminiſtrationisq; rationes videre poſsit.

A quo deputentur, & quando, & vbi congregentur.

An ſint Officiales, qui, & quot, & an ſint perpetui, vel ad tempus: & quomodo eligantur, confirmenturù.

Clemēt. 2. de relig dom — An antequã ad adminiſtrationem accedant, iurent, inuentariumq; conficiant.

Conc. Prou. 1. de prior. lo. adm. — An cõgregationes pro loci, & bonorũ cõſeruatione fiant, quãdo, & quomodo.

An debitores ſint illius pij loci.

Concil. Prou. 1. de prior. lo. adm. — An aliquas conſtitutiones, regulamuè habeant, & an illas obſeruent.

An Ordinationes proprias habeant.

Concil. Prou. 1. eod. — An bona alienentur non ſeruatis ſeruandis.

Conc. Prou. 2. tit. 3. decr. 18. — An locanda publicè proponantur.

An detur fideiuſſor à conductore.

Quot redditus, & quomodo eos diſtribuant.

An ad vſus præſcriptos, præcipuè pro fabrica Eccleſiæ, vbi ad id tenentur.

Conc. — An expendãtur omnia per mandatũ ſecundum voluntatem teſtatorum, an inſtitutum loci.

An pecuniam inter ſe ipſos præcipuè mutuo dent. — Prou. 2. tit. 3. decret. 20.

An Eleemoſyna ſolùm verè pauperib. diſtribuatur, & ad præſcriptũ Conc. & an ad illũ vſũ, cuius nomine fuit petita. — Synod. 4. decr. 4.

An omnia Ordine in librũ deſcribãtur. — Conc. Prou. 1. eod.

An inſtrumenta, & priuilegia benè cuſtodiantur.

An vbi plures aluntur, curanturuè, doctrina Chriſtiana diebus feſtis exerceatur. — Conc. Prou. 3. de doct. Chriſt.

An, qui in dictis locis gratis aluntur, horarias preces B. Virginis, vel, ſi rudes ſint, coronam ſingulis diebus recitent.

An Miſſam quotidie audiant.

An, qui Eleemoſynam quærunt, ſint bonæ famæ, & eiuſdem Diœceſis; & an ſeruent præſcripta. — Conc. Prou. 1. eod.

An omnibus oneribus ſatisfiat, & quomodo.

Deinde illorum ſtatum conficiat; calculos videat, & debitorum nomina deſcribi curet.

Vlterius, ſi Hoſpitalia ſint, interroget diligenter etiam pauperes, an illis aliquid in ſpiritualibus, vel in temporalibus deficiat: & curet prouideri iuxta inſtitutum, & facultates Hoſpitalis.

An viri à fœminis ſeparati ſint, niſi certiſsimè conſtet eos eſſe coniuges. — Petr. p. 1. cap. 3.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An cameræ ſint ſeparatæ pro mulieribus, præcipuè pro prægnantibus.

Concil. Prou. I. eod. An in illis ſint circulatores, aleatores, nebulonesuè, & huiuſmodi

Si ſit Mons pietatis, videat accuratè eius inſtitutionem; conſideret diligenter an in libris omnia fideliter deſcribantur: & an deſcribatur cuius qualitatis, & quantitatis ſit pignus.

An cuſtos pignus diligenter cuſtodiat cum chirographo eidem annexo exprimente diem, quo pignoratum fuit; & cuius ſit.

An ex cuſtodis negligentia pignora deteriora fiant.

An in venditione interueniat fraus; vt puta ſi ſupponatur vnum pro alio pignore.

An exprimatur etiam in libro qualitas pignoris venditi.

An reſtitutum ſit domino, quod ſuperfuit.

An aliquid vltra ſortem omnino accipiatur, niſi pro miniſtris, alijſq; neceſſarijs ſumptibus. Concil. Prou. I. de pior. lo. adm.

An plus pro ſcuto acceptum ſit dimidio realis. Concil. Prou. I. tit. 3. decr. II.

An apud Montem pietatis pecunia deponatur; aut mutuò detur cum aliquo augmento.

# CAPVT XVII.

## Inueſtiganda de Notarijs, quoad effectus per Concil. Trid. conſiderat. ſeſſ. 22. cap. 10.

Concil. Trid. ſeſ. 22. c. 10. AN ſint periti in arte ſua.

An ſint, qui obſcurè dicent, præſertim in Legatis pijs.

An benè renunciantes informent de clauſulis.

An taxam præſcriptam ſeruent.

Concil. Prou. I. eod. Hoſt. & Abb. in c. ſicut, ne Cler. vel Monach. An in principio ſui officij iuramentũ ad præſcriptum præſtiterint. Videlicet:

Primò, Quòd de his, quæ videbunt, & audient, & requiſiti fuerint, ſine diminutione veritatis, & comiſtione falſitatis conficient inſtrumentum.

Secundò, Quòd ſecreta ipſis ex iuſta cauſa iniuncta cœlabunt.

Tertiò, Quòd ſuper Vſurario contractu, vel ſub fraudem inito, vel alio quocunque illicito nullum conficient Inſtrumentum.

Quartò, Quòd de omnibus inſtrumentis, quæ conficiunt, tenebunt penes ſe protocollum.

Quintò, Quod erunt fideles illi, à quo fuerint conſtituti: & ſi ſciuerint damnum illius tractari, illi reuelabunt, vel per ſe, vel per alium certum nuntium.

Sextò, Quod officium iſtud ipſis iniunctũ cupiditate, amore, odio, & timore remotis, in omnibus, & per omnia ſecundum bonam conſcientiam fideliter exequentur.

An aliud iuramentũ quando cooptãtur in Collegio, præſtent ad præſcriptũ. Concil. Prouin. I. eod.

An iuramentum ſeruent.

An ſit, qui legata pia ad præſcriptum minimè denunciet. Conc. Prou. 3. tit. 5. decr. 17.

An ſit qui in actis ſuperflua, & ſuperuacanea interſerat. Concil. Prou. I. eod.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPVT XVIII.

## De Ludimagiſtris Scholarum, quæ in numero ſunt locorum piorum.

INQVIRAT etiam Viſitator de Ludimagiſtris:

An Scholæ literarum ſint, & quot; & à quibus fundatæ.

Magiſtri quales, videlicet an probi, & docti, & ab Epiſcopo approbati.

Et quomodo doceant.

An profeſsionem fidei fecerint; & vbi, & coram quo.

An authores honeſtos, & vtiles interpretentur, & quos præcipuè.

An ipſi, vel ſcholares habeant aliquem librum prohibitum, vel ſuſpectum: Et videantur libri, & habeatur index illorum.

An ſcholares in literis, & in moribus diligenter inſtruant.

An præcipuè curent, vt in ſcholis, & extra omnis honeſtas ſeruetur.

An permittant colloquia laſciua, & obſcœna, aut cantilenas ſcandaloſas.

An ſcholares in ingreſſu ſcholæ, & antequam ſtudia incipiant, ac lectiones audiant, deuotam aliquam orationem faciant.

An, & quoties in hebdomada ſcholares doctrinam Chriſtianam doceant.

An diebus feſtis cum ſcholaribus ad ſcholam doctrinæ Chriſtianæ conueniant. Concil. Prou. 3. quæ ad fid.

An exemplis, & monitis ſcholares ad pietatem & præcipuè ad Eccleſiarum frequentationem ad Miſſas, Concionem, & diuina officia audienda, & ad Sacramrenta frequentanda hortentur.

# CAPVT XIX.

## Inquirenda quoad Bibliopolas, & Impreſſores.

Concil. Prou. 6. tit. 1.

AN profeſsionem fidei præſtiterint; & quando & coram quo.

An proponant libros venales, niſi prius illorum indice confecto, & approbato. Concil. Prou. 3. Concil. Prou. 6. quæ ad fid.

An etiam in cæteris ſeruent, quæ illis præſcripta ſunt; præſertim in regula indicis, & in edicto, & in Concil. Prouinc.

An præcipuè imprimant, aut libros introducant, qui prius approbati non ſint ab Inquiſitore, & à delegato ab Ordinario, etiamſi alias conceſſu ſuperiorũ impreſsi fuerint. Concil. Prouin. 6. tit. 1.

# CAPVT XX.

## Inquirenda præcipuè quoad populum in genere.

QVAMVIS omnia infraſcripta Parochi ipſi referre deberent: quia tamen aliquando, vel timore, vel amore, vel etiam, quia neſciunt, aliauê ex cauſa, cuncta non omnes fideliter referunt; ideò etiam ab alijs fide dignis, ætate quidem, vſu, & probitate commendatis ſecretò inueſtigandū eſt.

Soc. ſub num. 28.

An ſciant, credant, aut fama ſit aliquē eſſe hæreticum, vel hæreſis ſuſpectum, vel libros prohibitos habere.

An ſciant, &c. aliquem eſſe excommunicatum vel interdictum; & quare, & quamdiu.

Aliquem inconfeſſum; & qui tempore Paſchatis ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum non ſuſceperit.

An ſciant &c. aliquem adultum fidei rudimenta ignorare.

Aliquē in Eccl. indeuotè, minuſq; piè ac contra ed ctū de reuerenti in Eccleſia conuerſatione verſari; Aut candelas in Eccleſijs, vel etiam in cœmeterijs vendere: quod non licet.

gloſſ. in pung. ſanc de ſpec. in Eccl. nō

Aliquem dies feſtos violare.

Miſſam integram diebus feſtis deuotè, & attentè non audire.

Quadrageſimam, aliauè ieiunia, præſertim quando in diem feſtum incidunt, non obſeruare.

Aliquem erga parentes impiè ſe gerere.

Aliquem filias, vel ſorores proſtituere.

Aliquem filiorum curam, ac diſciplinam negligere.

Aliquem blaſphemum, maleficum, vſurarium, concubinarium, aleatorem, vel quouis alio modo peccatorem publicum & ſcandaloſum.

Aliquem diſcordiam, inimicitiamuè grauem, rixam, vel odium habere, aut inter alios ſeminare, aut fouere.

An ſciant, &c. aliquos illegitimè matrimonio coniunctos.

Aut thoro ſeparatos.

Aliquem teneri ad perſoluenda legata pia, vel decimas, ſeu primitias, qui non ſoluat.

Aut bona Eccleſiæ vſurpare.

Aliquem pupillos, viduas, aliaſque miſerabiles perſonas opprimere, eorumque bona indebitè occupare.

Aliquem iudicem, vel magiſtratum ſecularem, cauſas, & querelas Eccleſiaſticas, ſpirituaeſuè cognoſcere; aut Eccleſiaſticā libertatem, & immunitatem aliquo alio pacto violare.

Aliquem filios, famuloſuè, qui in paſcendis beſtijs occupantur diebus feſtis ad audiendam Miſſam non mittere.

Plura alia etiam colligi poſſunt ex interrogationibus, quæ ab Epiſcopo, ſeu ab eius delegato teſtibus ſynodalibus faciendæ ſunt, quas Burcard. recenſet. Et alia *ex Synodo Colonienſi ſu. Adolph. 3.* Burcard. lib. 1. cap. 94.

Hæc, quoad inquiſitionem, & cognitionem.

Quæ autem in his Viſitator præſtare debeat, videnda ſunt.

CAPVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPVT XXI.

## Quæ à Viſitatore poſt Inquiſitionem maximè præſtanda ſunt.

CVM cognitio ſtatus Eccleſiæ, ac perſonarum non ſit finis Viſitationis; ideo vltra Inquiſitionem alia præſtanda ſunt à Viſitatore. Euacuāda enim ſunt omnia ſupradicta, quæ Viſitatoris opera indigēt. Videamus ergo in primis generaliter de correctione facienda: deinde ad caſus aliquos particulares deueniemus. Facta igitur diligenti Inquiſitione, ſi Viſitator omnia benè, honeſtè, ac legitimè acta intelliget, Deo gratias aget; & Viſitatos, vt de virtute in virtutem procedant, hortabitur. Vbi autē correctione opus eſt plures Concluſiones, ſeu Regulæ cōſtituendæ ſunt.

Prima Regula generalis; Viſitator in correctione facienda, extrema, ſicut etiam in cæteris, cauere debet: nam facilitas veniæ incentiuū præbet delinquēdi; & nimia iuſtitia, ſiue ſummus rigor, nō correctionē, & emendationē, ſed deſperationē, & odiū inducit: Et qui nimis emungit, ſanguinē elicit: & immoderata facit correctio deteriorē, ſed moderata ſatis correctio gignit amorē. Et in dubio miſericordia ſēper præualere debet.

Secunda Regula quam cum ix. ſequētibus tradit S. Ant. Recognoſcentibus defectum ſuum ſine accuſatione, & ſe humiliantibus ignoſcendum eſt.

Quam regulam declarandam arbitror, quando delictum non eſſet notorium: quia notorietas eſt loco accuſatoris; vel quando facilè id ſcire potuiſſet Viſitator: Et fortè ſe ipſum quiſpiā malitioſè accuſauit, ſciens delictum ad Viſitatoris aures peruenturum: licet aliqualiter forſan parcendum ſit.

2. Nō ſimpliciter eſt parcendū; quandò ex illa remiſsione, & gratia daretur occaſio peccandi; maximè vbi eſſet ſcandalū. Hoc tamē caſu leuius puniendus eſſet.

Declaratur etiam alijs modis hæc regula à doctoribus: ſed ſupraſcriptæ duæ declarationes ſunt frequentiores.

3. Regula. In his, quæ ex fragilitate cōmittuntur, & nō ex habituata malitia, quę nec ſunt ſcādaloſa, poſsūt etiā; & debent delinquētes miſericorditer puniri.

4. Regula. Ratione multitudinis, vbi timetur ſcandalum, prudenter procedendum, ac etiam parcendum eſt.

5. Regula contumacibus, & ex ſuperbia peccantibus non eſt parcendum.

6. Neque eſt parcendum illis, qui poſt plures admonitiones iniquitatem operantur; quia incorrigibiles dicuntur.

7. Non eſt ignoſcendum illis, qui ſuis iniquitatibus corrumpunt alios.

8. Quādo aliquod ſcel[9] reperitur diffuſū in multos, præcipuè in Clericos, ſeuerè puniendū eſt; niſi timeatur ſcandalū.

9. Vbi defectus eſt circa formam Sacramentorum, grauiſsimè puniendū eſt.

10. Vbi eſt immūditia in corporalibus, & alijs huiuſmodi ad diuinū cultū ſpectantibus, ſeueritas adhibēda eſt. Nimis enim abſurdum eſt in ſacris ſordes negligere; quæ etiā in profanis dedecerent.

Etſi Ethnici tanti faciebant nitorem, & munditiā in ſuis tēplis, vt *Valer. Max.* refert; quanto magis nos facere debemus, qui Deo vero inſeruimus.

11. Generaliter, vbi ſcandalū, ac Dei iniuria manifeſtè apparet, non eſt parcendum: quia quāuis pium ſit propriam

K iniuri-

cap. placuit. 10. q. 1.

c. beatus diſt. 45.

c. niſi cū pridem, de renūc. Prou. c. 30. c. deniq; diſtinct. 4. gl. in extrauag. Ioan. 5. quia igitur ne ſed. vac. cap. alligant, 26. quæſt. 6. d. c. 5. & 6. c. importuna de pœn. diſt. 1. gl. & doct. præſertim, Abb. in c. de hoc de ſin. in d. cap. de hoc. Dec. in cap. atſi clerici, ſub n. 5. de iud.

Doct. in d. c atſi clerici. c. quia diſt. 50. c. vt cōſtitueretur, diſt. 5. Dec. in c. 1. ſub n. 12. de off. deleg. cap. quanto, 2. q. 4. c. 2. diſt. 82. quādo autē quis dicatur incorrigibilis in d. c. atſi clerici. & in c. cum ab homine de iud. c. Reſecandæ. 24. q. 3. c. Nihil iniquius, 32. q. 6. Anch. in clem. 1. de vit. & hon. cler. S. Ant in præcit. loco. S. Ant. vbi ſup. c. 2. de cuſt. euch. Valer. Max. lib. 1. cap. 1.

Soc. ſub num. 26. S. Ioan. Chriſ. in 4. Matth. hom. 5. facit tex. in c. ſi is 23. q. 4. & in. p. 1. quæſt. 6. & 7.

iniuriam tolerare; impium tamen eſt Dei iniuriam diſſimulare.

12. Vbi Eccleſiaſtici pœna plectendi ſunt, niſi delictum notorium ſit, ſecretò quoad eius fieri poteſt, puniendi ſunt; nec paſsim more latronum in carcerem detrudendi ſunt. Secretò etiam moneri, examinari, & corrigi eos oportet; ne populo odibiles fiant.

S. Dyon. Carthu. d. c. 15.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3.

13. Cum ignorantibus ex negligentia rigoroſè agendum eſt. Cum Sacerdotib. verò tardioris ingenij, & conuerſationis deuotæ diligentiam ſuam adhibentibus ſpecialiter piè agendum, ac patiendum eſt: quia in pluribus ſupernaturaliter adiuuantur.

14. Epiſcopus, ſeu alius ab eo delegatus, licet iterum viſitare poſsit: non poteſt tamen punitos ab inferioribus Viſitatoribus punire.

Soc. ſub nu. 28.

Neque ab ipſis abſoluti innocentiam ſuam iterum demonſtrare tenentur.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 10.

Arch. in d. c. 1. ſub num. 5.

Soc. ſub num. 28. Diaz in in pract. in verb. illiterati. Franc. in cap. fin. de temp. ordin. lib. 6. Turre.

His generaliter præcognitis, redeamus, vnde digreſsi ſumus. Si igitur Viſitator inuenerit delicta, aut delicta illa ſunt notoria, aut non: primo caſu corrigere debet pœnam illis debitam infligendo, non obſtante appellatione, inhibitione, exemptione, aut etiam querela ad ſedem Apoſtolicam; quæ nullo pacto in Viſitatione ſuſpendunt Viſitatoris decretum quando ad correctionem procedit, non cõpilato proceſſu. Et notorium crimen dicitur in hoc caſu, vbi populus eſt teſtis, & dicitur populus teſtis, vbi maiori parti notum eſt. Secundò verò caſu, aut orta eſt infamia, ſed non tanta, per quam ad ſolemnem Inquiſitionem perueniri poſsit, & tunc ſi ratione ſciẽtiæ Viſitator cognoſcet, & ſi omnino ignarus erit, ipſum priuabit: quia eo caſu eſſet ille irregularis. Et ſupra omnimodam ignorantiam diſpenſatio non cadit, quia de iure diuino eſt, quod Sacerdos habeat ſcientiam: Aut non eſt penitus ignarus, & tunc ſi honeſtæ vitæ ſit, Coadiutorem, aut Vicarium cũ parte fructuum pro ſufficienti victu deputet; aut eum inſtruat, vel potius iubeat, vt ad aliquem erudiendus accedat: & infra aliquod temporis ſpatium examini coram Ordinario, vel coram eodem Viſitatore ſe ſubijciat. Si verò ratione delicti, ipſum ſecretò moneat, exceſſus ſuos illi narrando, ac benignè ſecum agat, demonſtrando, & admonendo, ne in illos amplius incurrat. Maximè autem curet, vt occaſiones præcipuè proximas peccandi in poſterum omnino remoueat. Si verò tanta ſit infamia, vt ad ſolemnem Inquiſitionem peruenire oporteat, tunc ipſum, vt abſq; alio proceſſu veritatem dicere, delictumque ſuum fateri velit, moneat: Quod ſi renuerit Inquiſitionem ſolemnem faciat, deferẽdo iuramentum, &c. Et vbi conſtabit de delicto in iſta ſecunda Inquiſitione procedet. Perpendat tamen ſemper Viſitator, an ille alias ſit bonæ famæ: & an multũ poſsit ædificare, vel deſtruere, & an ſit corrigibilis, vel nõ, præcipuè verò qualis fuerit vita præterita in illo genere criminis. Vitiorum etiam circunſtantias diligenter conſideret, & ſecundum prudẽtiam à Deo ſibi datam agat, ita vt diſciplina populis ſalutaris, ac neceſſaria conſeruetur: Et qui correcti fuerint, emendentur, aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animaduerſionis exemplo à vitijs deterreantur. Hæc generatim. Nunc ad caſus peculiares deueniendum eſt.

Crem. in c. ſi Laicis diſt. 48. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 6.

Soc. ſub num. 28.

Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7.

Primùm videamus, quomodo cum Clerico non reſidente, habitumque non deferente Viſitator agere debeat. Confecto proceſſu, & plenè probato delicto, mandet illum citari etiam ad valuas Eccleſiæ, in qua beneficium habet. Forma

autem

autem præcepti habetur infrà cum alijs Formulis frequentiùs in viſitatione neceſſarijs. Et ſi infra terminum præſcriptum non comparuerit, illum beneficio priuatum declaret.

Conſt. 30. Conſt. 31.

Quod locum habet etiam in non deferēte habitum talarem, licet reſederit, ex *Conſtitutione Sixti V.* quæ Conſtitutio nō ſolùm beneficiatos, ſed etiam pēſionem habentes comprehendit, licèt quantum ad hoc, ab eodem alia Conſtitutione moderata fuerit: & contra eum ad fructuum reſtitutionem coram Vicario etiam vigore Viſitationis agi decernat. Si verò in cæteris habitum congruentem non detulerit, permiſsis Canonicis monitionibus, cōmunione priuetur, donec ad præſcriptum habitum ſumpſerit. Si autem propter non reſidētiam tantū, videtur etiam quod poſsit agi ad priuationem.

c. Epiſcopi, 21. q. 4. c. conquerent & ibi Docto. de cler. nō reſid. Doct. in d. c conquerēte. Innoc. in c. ex tut. de cleric. no reſid. Innoc. in d. c. ex tuæ.

Ampl. etiam ſi beneficium eſſet modici valoris.

Secundò Ampl. etiam, quando abeſſet Clericus ex iuſta cauſa, ſi monitus pro Eccleſiæ ſuæ neceſsitate, vel vtilitate venire recuſaret.

Conc. in verbo Vagabūdus. Fuſch. lib. 2. c. 22. nu. 17. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 16. Fuſch. ſub. d. nu. 17. Decl. Cong. ſac. Cōcil. Trid. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12.

Tertio Ampliatur etiam, quādo quis non tenetur ad reſidentiam, ſi eſt vagabundus, & poſt monitiones factas non reſipiſcit. Vagabundus autem dicitur cum per abſentiam ignoratur, an viuat, vel non, aut ſi ſpontè conſideratur diu abeſſe. Si verò non ſit beneficiatus, ſed tamen alicui Eccleſię aſcriptus, ei ſacrorum vſus interdici poteſt. Sed ſi nulli Eccleſiæ aſcriptus eſt, ad Eccleſiā reuocari, & in Diœceſi inuitus retineri minimè poteſt. Ex decreto tamen ſacri *Cōcil. Trident.* obtinens dignitatem, Canonicatum, Præbendam, aut portionē, abſens vltra trimeſtre, ſaluis tamen illarū Eccleſiarum Conſtitutionibus, quę longius ſeruitij tempus requirunt, primo anno dimida parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ fecit ſuos, priuandus eſt. Quod ſi iterum eadem vſus fuerit negligentia, omnibus fructib. illius anni priuari debet. Creſcente verò contumacia ſecundum Canones puniendus eſt. Ideò qui primo anno in cathedrali, vel in collegiata non reſidentem priuat, redarguitur. Abſens autē dicitur is, qui licèt in ciuitate maneat, Eccleſiam tamen abſque legitima cauſa non frequentat. In tribus autem menſibus minimè imputantur horæ, quibus Canonicus deſierit inſeruire, & pro quibus in diſtributionibus punitus eſt. Contra Parochum tamen ex *Proœmio Conſtit. Pij V.* durius agendum eſt; licèt dicta Conſtitutio de Parochis aliud beneficium reſidentiale habentibus loquatur. Contra Parochum etiam pręcipuè agendum eſt, quando abeſt ijs tēporibus, quibus fidelium confeſsiones frequentiores eſſe ſolent. Nummo enim aureo ſingulis diebus, quibus ſine legitima cauſa abſuerit, mulctandus eſt. Vbi verò Parochus cum legitima facultate abeſt, Vicarium idoneum, & ab Ordinario approbandum debitam illi mercedem aſsignando conſtituat. Contra illum etiam, qui abſque facultate diſceſſerit procedatur ad præſcriptum, videlicet puniatur numero aureo.

Trid. ſac. Cōſ. Congr.

Dec. cōgr. ſacr. Concil. Trid. Conſtit. 64. Syno. 11.

Concil. Trid. ſeſ. 23 c. 1. Syno. 11.

*Contra malè promotos.*

Agendum eſt, vt ſupra dictum eſt de aduertendis circa Inſtrumenta Ordinum.

*Contra Parochum non promotum ad Sacerdotium intra annum.*

PRocedet declarādo ipſum beneficio priuatum: neque anno elapſo poteſt purgari mora. Annus autem incipit à die adeptæ poſſeſsionis pacificæ, vel quan-

c. licet, de elect. 6. Glo & alij in d. c. licet.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando per eum ſtetit, quominus ipſam adeptus ſit. Et donec annus omnino lapſus non ſit, priuatus declarari nequaquam debet, quia verè nondum priuatus eſt; Licèt illum intra annum amplius promoueri non poſſe perſpicuũ, ac certum ſit. Limitatur non procedere, vbi fuiſſet iuſtum impedimentum, & quando per ipſum nõ ſtetit, & proteſtatus eſt. Quando verò incurrit irregularitatem, ſi ſine culpa, nõ priuatur, ſecus ſi ſua culpa. Et quando certò conſtat, illum infra annum non eſſe promotum; vt ſi de promotione poſtea facta ad Presbyteratum appareat, non poterit ſe tueri ex reg. de triennali poſſeſſore, ſecus autem in dubio. Non promotus autem ad Sacerdotium habens Capellaniam requirentem Ordinem Sacerdotalem, vel aliud beneficium non curatum infra annũ, non eſt priuatus: quia Parocho ſolùm priuationis pœna ipſo iure imponitur. Si tamen monitus fuerit, vt promoueretur, ſecùs eſſet.

c. commiſſa, de elect. 6. Staph. de lit. grat. de var. mod. nat. fol. 228. doct. in d. c. licet.

Monach in d. c. licet. Gomeſ. de trien. poſſ. q. 10. cir. fin.

Rot. dec 920 in antiq. Diaz. in praxi. crim. c. 48. Staph. de lit. grat. de var. mod vac. fol. 228.

Quod arbitror verum, quando legitimè, & pœna priuationis ipſo facto monitus fuerit.

Item etiam, quãdo in fundatione appoſita eſſet pœna priuationis, quamuis ipſe Capellanus ignoraret.

*Contra non recitantes Horas Canonicas.*

PRocedendum eſt ex *Conſtitut. Pij V.* quam declarat *Nauar.* & ipſam etiam refert *Fuſch.* ad priuationẽ fructuũ pro rata. Et ibi declaratur, quomodo fiat diuiſio. Quæ Conſtitutio habet etiã locum contra non recitantes officium Beatiſsimæ Virginis Mariæ, ſi penſionẽ, aliquoduè emolumentum Eccleſiaſticum percipiunt. Et qui Canonicè admoniti fuerint, ſi culpabiles iterum reperiantur, beneficio priuari poſſunt. Officium autem omittere, vt beneficio priuari poſsit, is iure dicitur, qui quindecim dierum ſpacio bis illud omiſerit. Et in hac prouincia Mediolanen. non ſolùm poteſt procedi vigore dictæ *Cõſtitutionis Pij V.* ſed etiam virtute *Concil. Prouin. I.* à ſummo Pontifice confirmati, in quo innouatur pœna *in Concil. Lateranen.* impoſita, videlicet priuatio omniũ fructuum. Quando autem infirmitas excuſet à recitatione officij tradunt *Nauar. & Fuſch.* quando videlicet infirmitas eſt talis, quod dicendo officium, cauſaret damnum, aggrauaretq́; morbum.

Naua. in man. c. 25. num. 122. Fuſch. lib. 1. c. 20. ſub num. 22.

Conc. Lateran. Conc. Prou. 1. de cap.

hor. non inter. Fuſch. lib. 1. c. 20. n. 21.

Nauar. d. c. 25. nu. 110. Fuſch, d. c. 20. num. 25.

*Contra Simoniacum.*

VIſitator illum beneficijs priuatum declarare, ad Vicariumq́; criminalem puniendum remittere, vel pœnis ſecundum *Canones, & Pij V. Conſtitut.* mulctare debet. Licèt ad hoc, vt beneficium Simoniaci vacet, declaratio nõ ſit neceſſaria. Et ſciat Simoniam variè cõmitti; quãdoque enim in ordine, quandoque in beneficio etiam ſimplici, & quandoq; in Prælatura, quandoq; ignorante ordinato, vel electo, vel aliàs prouiſo; quandoq; eo ſciente, quandoque etiam pecuniam dante. Et contrahitur nõ ſolùm quando pecunia ipſa in numerato pro re ſacra datur, aut recipitur, vel de danda, & recipienda tacitè, vel expreſſè conuentum fuerit: Verum etiam cùm dans, humanum obſequium, ſeruitium, fauorem, atque gratiam aliquam requirit, vel exigit. Et meminerit Simoniam coniecturis probari, & quamlibet perſonam Catholicam in teſtem admitti, nullamq́; exceptionem, niſi capitalis inimicitiæ, & conſpirationis reijci.

Conſt. 5.

c. cum ſecundũ leges, de hær. 6. Caldar. in c. poſt tranſlationem, de renũ. Abb. in c. de ſimonia, de ſimon. Spec. de vit. & hon. eccleſ. lib. 4. cap. 4. Rod. latè, declarat de Simon. par. 4. & 4. cum ſequent.

Probatur autem Simonia per modos his verſibus comprehenſos.

Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptum,

Iurans, confeſſus, præſumptio, fama probabunt.

Con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### *Contra blaſphemantem Deum, aut Virginem Mariam.*

Pius V. Conſt. 5.

SI ſit Clericus, primùm fructib. vnius anni quorumcunque beneficiorum mulctatur. Si iterum beneficijs omnibus priuatur: ſi tertiò omnibus etiam dignitatibus exutus deponendus, & in exiliū mittendus eſt. Quòd ſi Clericus nullum obtinuerit beneficium pęna pecuniaria, vel corporali pro prima vice punitur, pro ſecunda carceribus mancipatur; pro tertia verbaliter degradatur, & ad triremes mittitur. Si Laicus pro prima vice pœnam vigintiquinque Ducatorum incurrit, pro ſecunda pœna duplicanda eſt; pro tertia centum Ducatos ſoluere debet, & ignominia notatus exilio damnatur. Qui verò plebeius fuerit, nec ſit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt tergum ligatis ante fores Eccleſiæ cōſtituitur per diē integrum; pro ſecunda fuſtigatur per vrbē; pro tertia lingua eius perforatur, & mittitur ad triremes.

Pius V. Conſt. 5. c. querelam, de iureiur. & c. peruenit, de fideiuſſ. Staph. de lit. grat. de var. mod vac. fol. 140. Plura tradit Lāghecruc. in Spec. de vit. & hon. eccle. lib. 3. c. 9. cū ſeq. Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 14. Conc.

### *Contra ſanctos blaſphemantes.*

Pœna eſt pro blaſphemiæ, & perſonæ qualitate arbitrio Iudicis.

### *Contra Clericum periurum in iudicio.*

Agitur ad priuationem beneficiorum.

### *Contra Concubinarios, adulteros, &c.*

Præſuppoſitis ijs, quæ ſupra in genere dicta ſunt, an videlicet peccatum ſit publicum, vel ſecretum, an delinquens ſit ſolitus, vel non, &c. diſtinguendum eſt inter Clericum, & Laicum: rurſus, vel Clericus eſt in ſacris, vel non; ſi non eſt in ſacris, vel eſt beneficiatus, aut penſionem habet, vel non, & hi omnes puniendi ſunt ſecundum Sac. *Concil. Trid.*

An autem ibi cōprehendantur diſtributiones quotidianæ tradit *Nauar. in ſuis reſponſis.* Notorius tamen, ſi monitus concubinam non dimiſerit, à beneficijs ſuſpenditur, & ſi adhuc incorrigibilis erit, illis priuandus eſt. Et diligenter cōſideret, atque cognoſcat Viſitator, an ille irregularitatem hoc caſu contraxerit. Laici autem viri, & mulieres puniendi ſunt, & ipſi ſecundum eandem ſac. *Conc. Trid.* diſpoſitionem, quam in virtute ſanctæ obedientiæ ordinarijs *Pius V.* obſeruari iubet, & etiam alijs pœnis. Parochus verò, qui cum filia ſpirituali rem habuit, beneficio priuandus eſt, atque acriter puniendus, præſertim quando eſſet etiam contracta cognatio per Baptiſmum.

Prou. 6. quæ ad cler. diſcipl. Nau. conſ 6. de verb. ſig. c. ſicut, & c. ſi autem de co. hab. cle. & mil. Staph. de lit. grat. de var. mod. vac. fol. 140. Conc. Prou. 6. quæ ad cler. diſcipl. Conſt. V. Conc.

Et circa hanc materiam Viſitator meminerit, tam Clericos, quàm concubinas eſſe puniendos etiam ex ſola ſuſpicione, vel illis Canonicam purgationem indicendam, vbi oritur ſcandalum.

Et ſi conſtat aliquem ſecum in domo mulierem ſuſpectam habere, eo ipſo videtur probata fornicatio: & ſi publicè eam detineat eo ipſo conuictus eſt.

Aduertat etiam Viſitator, ob periurij timorem, concubinarium minime eſſe compellendum iurare relinquere concubinam, præcipuè, quando de eius incontinentia dubitatur.

Curet etiam Viſitator, maximè cum Eccleſiaſticis, præſertim in his peccatis carnalibus, velare quantum poteſt, quādo correctio ſperatur. Licèt potiſsimū curare debeat, vt honeſtas, quæ Eccleſiaſticis ſummopere neceſſaria eſt, omnino ſeruetur. Ideo, quando correctio minimè ſperatur, & peccatum notorium eſt, maximum rigorem exhibere debet.

Prou. 6. quæ ad mat. §. graue c. omnes 30. q. 1. Rot. de filij. Presb. deci. 4. c. 2. de coha. cle. & mul. c. tua co. d c. 3. & gl. in c. tua. c. clericos vbi gl. de cohabi. cler. & mul. Pauin p. 2. q1. n. 90. Fuſch. lib. 1. c. 4. ſub. nu. 15. c. 3. diſt. 82.

Quicunque autem aliquam abſq; facultate domi habet,

Vel recipit,

Licet nulla ſit ſuſpicio,

Etiamſi illa arctiſsimo ei vinculo coniuncta ſit.

Etiam ſi tantùm parandi cibi.

Aut alia ſimili cauſa adeſſet.

Etiam ſi non pernoctaret.

Mulctetur pœna vnius aurei nummi, quoties culpam hanc admiſerit.

*Contra Vſurarios.*

Lup. poſt alios in c. quáquã in præf. num. 8. de viur. Lup. ibidem ſub num 18.

SI eſt clericus, primò ſuſpenditur; ſecundo, videlicet ſi poſt illam pœnam in eodé errore vſurariæ prauitatis perſeueret, ab officio, & beneficio deponitur.

Et hoc vltra pœnas iure inflictas, & alias etiam arbitrarias; vt magis communiter aſſerunt Doctores. Et contractus etiam eſt iuratus nullus. Et agendum eſt etiam contra Notarium, qui ſciens rogatus cõſcripſit. Generaliter autem omnis vſurarius manifeſtus, niſi omnino pauper ſit, ad reſtitutionem etiam ce n ſuris cogendus erit.

Concil. Prou. 1. eod.

*Contra Eccleſiaſticos Negotiatores.*

Agendum eſt varijs modis ratione culpæ, & perſonæ.

Pœna inprimis eſt amiſsio queſitorũ, non tamen omnium; quando videlicet Clericus eſſet pauper. Deinde eſt pœna arbitraria, vel pecuniaria, vel carceris, vel ſuſpenſionis, aut alterius grauioris arbitrio ipſius Viſitatoris.

Card. in cle 1. de vita, & hon. cle.

Diaz. cap. 50.

*Contra Calumniatorem.*

Calumniator punitur eadem pœna, qua puniendus erat reus, ſi eſſet in culpa.

Abb in rub de calumn.

*Contra Detractorem.*

Pœna excommunicationis:

Et etiam flagellis plectitur, præcipuè ſi in ſcriptis deliquerit.

c. detractores, 3. q. 4. c. qui in alterius, 2. q. 1.

*Contra Murmuratorem.*

Pœna excommunicationis.

Triduana pœnitentia expiandus eſt.

c. alienus diſtin. 90. Inno. 3. part. dec. cap 57.

*Contra Maledicum.*

Clericus maledicus, maximè contra Sacerdotes, cogitur ad poſtulandam veniam; & ſi noluerit, degradatur.

c. clericus. diſtin. 46.

*Contra Contentioſos pertinaces.*

Pœna excommunicationis poſt Canonicam monitionem.

c. placuit. diſtin. 90.

*Contra illum, qui alterius ſedem, locumuè occupauerit.*

Poſtponendus eſt cæteris.

c. fin. diſt. 91.

*Contra Clericos Venatores.*

Presbyter in voluptate venandi ſæpius detentus duobus mẽſibus; Diaconus verò ab omni officio ſuſpenditur. Vbi autem non ita frequenter, pœna erit arbitraria, quia ſimpliciter clericis prohibita eſt venatio ſaltem clamoſa.

c. 1. de cle. ven.

*Contra Præpoſitum Sacramento Euchariſtiæ ipſam Euchariſtiam incautè dimittentem.*

Eſt pœna ſuſpenſionis trium menſium ab officio; & maior, vel minor ſecundum cauſam facti.

c. 1. de cuſtod. Euch. & c. ſanè de celeb. miſſ. Fuſ. h. l. 1. cap.

*Contra ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum non bene cuſtodientem.*

Si mus illud comederit, pœnitere debet quadraginta diebus; ſi verò illud perdiderit triginta diebus.

c. qui benè, de conſc. diſt. 2.

*Contra illum, qui oneribus ſui beneficij integrè ſatisfacere neglexerit.*

Viſitator ipſum ad fructuum malè perceptorum reſtitutionem compellat; eumque per ſex menſes bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione prohibeat. Et vbi ipſum peccaſſe iterum inuenerit, grauioribus eum pœnis afficiat.

Conc. Prou. 1. quæ ad ben.

Hoc procedit etiam in ijs, qui benefi-

Concil. Prou. 1.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quæ perti. ad bõ.

cia commendata habent; qui grauius plectendi ſunt.

*Contra illum, qui poſt poſſeßionem apprehenſam ante menſem titulum beneficij Epiſcopo non oſtenderit.*

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 1. Conc. Prou. 6. quæ ad bon. cap. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 11.

Mulctatur ille dimidia parte fructuũ, & prouentuum vnius anni.

Quod procedit etiam, quando Canonicus vigore optionis illud obtinuerit.

*Contra Occupantes bona, iura, iuriſdictiones, &c. Eccleſiæ, vel loci pij.*

Pœna eſt excommunicationis ipſo facto.

Ampl. etiam ſi per alium, & quocunque quæſito colore quis huiuſmodi bona, iura, iuriſdictiones, obuẽtiones, fructus emolumẽtaue in proprios vſus cõuertere, illosq; vſurpare præſumpſerit.

Ampl. etiam in impediente, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur.

Ampl. etiam in Clerico conſentiente; qui quibuſcunque beneficijs quoque priuatus, ad quæcunque alia beneficia inhabilis à ſuorum ordinum executione etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem ſui Ordinarij arbitrio ſuſpenditur.

Ampl. in patrono; vt etiam iurepatronatus eo ipſo priuatus exiſtat.

Ampl. quoad pœnã ne poſsit abſolui, niſi facta integra reſtitutione: Et tunc à ſummo Pontifice tantum.

*Contra Clericum non ſe opponentem vſurpantibus bona Eccleſiæ ſuæ.*

c. in generali de elect. lib. 6.

Pœna eſt, vt nihil de Eccleſiæ prouentibus percipiat tempore, quo id ſine debita contradictione permiſerit.

*Contra alienantes bona Eccleſiaſtica abſque legitima facultate.*

c. 1. de reb. eccl. nõ alien.

Pœna eſt excommunicationis ipſo facto.

Vbi Paulina eſt in vſu recepta.

Ampl. vt procedat in hypotheca.

Ampl. vt procedat in locatione vltra triennium.

Et beneficiatus eſt priuatus illo beneficio.

Conc. Prou. 2. tit. 3. decr. 6.

Vbi autem non eſt in vſu, agitur cenſuris, & alijs pœnis ad reſtitutionem bonorum cum fructibus.

Ampl. vt procedat etiam in permutatione.

Concil. Prou. 2. tit. 3. deciſ. 7.

2. Ampl. etiam, ſi dictum fuerit, cum conſenſu ſuperioris, ſi alienatio facta ſit antequam conſenſus accederet.

*Contra Remittentes caducitatem, niſi ſeruatis ſeruandis.*

Conc. Prou. 1. quæ ad bon.

Agitur pœna arbitraria.

*Contra beneficiatum, qui negligit bona Eccleſiæ.*

gl. in c. ſæpè, 12. q. 1. Gomeſ. in epilog. caſ. neglig. ſub reg. de trien. poſſ.

Si negligentia eſt notabilis, poteſt agi vſq; ad priuationem beneficij. *gloſ.* quã notabilem *Gomeſ.* dicit.

*Contra Negligentes conficere inuentarium bonorum Eccleſiæ tempore præſcripto.*

Pœna eſt arbitraria.

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 5.

Contra locantem bona Eccleſiæ conſanguineo, in primo, vel in ſecundo gradu, vel patronis, vel ijs, quorum ceſsione beneficium habet.

Concil. Prou. 1. quæ ad bon. c. pen. diſ. 89.

Agitur pœna priuationis fructuum vnius anni. Infra autem tertium gradũ, locatio eſt nulla; & pœna eſt arbitraria.

*Contra locatorem bonorum Eccleſiaſticorum abſque publico inſtrumento.*

Synod. 5. dec. 45.

Pœna eſt arbitraria.

Et hoc procedit etiam ſi ad breuiſsimum tempus facta eſſet locatio.

Contra

*Contra Clericum Canonem, cenſumuè recipientem abſque inſtrumento publico cum bonorum deſcriptione.*

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 10.

Pœna eſt dimidia pars fructuum illius anni.

*Contra adminiſtratores bonorum piorum alienantes bona immobilia, non ſeruatis ſeruandis.*

Conc. Prou. 1. quæ ad bon.

Pœna eſt arbitraria: & contractus declarandus eſt nullus.

Hoc procedit & in permutatione. Itē in nobilibus pretioſis.

*Contra mutuantes pecuniam loci pij, præter eius inſtitutum: præcipuè quando adminiſtratores eam ſuſcipiunt.*

Concil. Prou. 2. decr. 20. quæ ad bon.

Pœna amotionis ex illo, alijsque locis pijs abundat per ſex annos; & Præfecto excommunicationis.

*Contra exigentem aliquid in Sacramentorum adminiſtratione.*

Concil. Prou. 1. de ijs quæ ad ſac. adm.

Pœna eſt arbitraria.

Ampl. vt procedat ſiue directè, vel indirectè petat.

*Contra committentem abuſum in Miſſa (vt aiunt) noua.*

Conc. Prou. 1. quę pert. ad celeb. Miſſ.

Pœna eſt arbitraria, grauis tamen.

*Contra celebrantem, aut permittentem celebrari in aliqua Eccleſia abſq; facultate ſingulis ſex menſibus renouanda.*

Concil. Prou. 1. quę pert. ad celeb. Miſſ.

Pœna eſt arbitraria, ſed grauis.

Concil. Prou. 1. de eccl. & earum cult.

*Contra Commodantem ſupppellectilē ſacram, hominibus profanis vel ad vſum profanum.*

Pœna eſt arbitraria, ſed grauis.

*Contra tranſlatum ad aliam Eccleſiam, qui eius ſucceſſori libros Parochiales non dederit.*

Pœna eſt grauiſsima, arbitraria tamē. Concil. Prou. 1. de ijs, quæ ad ſac. adm.

*Contra peccantes in materia funeralium ad præſcriptum Concil. Prouin. 1.*

Pœna eſt arbitraria, ſed grauis. Conc. Prou. 1. de funct.

*Contra recipientes condemnatos, & facinoroſos ex libero loco in domibus Eccleſiæ abſque facultate.*

Pœna excommunicationis, & alia arbitraria. Conc. Prou. 1. de eccl. & earum cult.

*Contra procraſtinantem denunciationes in matrimonio, vel benedictionem abſque iuſta cauſa.*

Pœna eſt arbitraria. Concil. Prou. 1. quæ ad ſacr. Matr.

*Contra negligentem profeßionem fidei emittere.*

Pœna eſt nummi aurei. Synod. 11. pag. 49

*Contra violantes dies feſtos.*

Pœna amiſsionis rerum, & alia arbitraria; Ex edicto autem Mediolani annis præteritis edito eſt pœna interdicti ipſo facto. Concil. Prou. 3. Synod. 11. pag. 10.

*Contra Canonicos, & alios Clericos non intereſſentes concionibus.*

Pœna eſt arbitraria. Concil. Prou. 2. tit. decr. 72.

*Contra illos, qui tempore concionis ab Eccleſia diſcedere ſolent.*

Pœna eſt arbitraria vſque ad excommunicationem excluſiuè. Concil. Prou. 3. quæ ad conc. pert.

*Contra ſacerdotem, aliumuè beneficiatum non adiuuantem Parochum in doctrina Chriſtianæ munere.*

Pœna eſt duorū nummorū regalium. Synod. 11. pag. 6.

Contra

*Contra Parochum non deferentem ad Epiſcopum loca pia ſuæ Parochiæ, in quibus adminiſtratores non exercent munera ſua.*

Concil. Prou. 1. de pior. lo. adm. Pœna eſt arbitraria.

*Contra audientem confeſſiones abſq; facultate.*

Concil. Prou. 1. quæ ad ſac. pæn. & Conc. 4. eod. Pœna eſt excōmunicationis ipſo facto.

*Contra Notarium non reuelantem legata pia infra tres menſes, poſtquam mortem teſtatoris ſciuerit.*

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 17. Pœna excommunicationis ipſo facto.

*Contra ſurripientem bona clerici defuncti ad Eccleſiam, vel ad miniſtros pertinentia.*

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 15. Pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

*Contra Rectores piorum locorum, eorum curam & adminiſtrationem negligentes.*

Clem. 2. de relig. domib. Pœna excommunicationis ipſo iure.

*Contra Præfectum loci pij conſentientem mutuari pecuniam præter inſtitutum loci adminiſtrati.*

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 20. Pœna excommunicationis.

*Contra non deferentem infra nonum diem ad Eccleſiam infantem baptizandum.*

Conc. Prou. 1. de baptiſm. Pœna excommunicationis.

*Contra incendiarios.*

cap. tua nos, de ſent. ex. com. gl. ibid. Fuſch. lib. 2. c. 21. n. 38. Pœna excommunicationis ipſo facto: & quando ſunt Eccleſiarum publicandi ſunt ipſo facto; aliter excommunicandi ſunt.

*Contra renitens ſuccurrere Eccleſiæ Parochiali ac Rectoris neceßitati; quando ex Epiſcopi decreto tenentur.*

Pœna arbitraria, & etiam cenſuris, & interdicto generali. Concil. Prou. 6. de Paroch.

*Contra Confratres contumaces.*

Seuerius agendum eſt: & ſi nulla alia ratione emendari poſſunt, ſodalitas extinguitur. Conc. Prou. 2. titul. 5. decr. vlt.

*Contra violantem libertatem Eccleſiaſticam.*

Excommunicatio ipſo facto. Bulla in Cœna Domini.

Libertas autem Eccleſiaſtica conſiſtit in priuilegijs conceſsis ſuper ſpiritualibus, vel tēporalibus generaliter, vel ſingulariter, ſiuè à Deo, vel à Papa, ſiue ab alijs principibus: & conſiſtit in perſonis, rebus, & iuribus Eccleſiaſticis. Lap. alleg. 92. & ibi Mand. Fuſch. lib. 2. c. 21.

Plures autē alios caſus, in quibus eſt pœna excommunicationis latæ ſententiæ refert, ac plenè declarat poſt alios *Nau. in ſuo Manu.* Nau. in Manu. c. 27.

Et hæc quoad correctionem ſatis ſint. Cætera verò Viſitator agat ſecundum opportunitatē loci, & temporis. Profeſſionem fidei à quocunque, qui eam præſtare tenetur, & non præſtitit, recipiat, & renitentes ſuſpēdat: & ſi abſolutè paruerint, abſoluat. Idem de iuramento à Medicis prȩſtando. Omnē præterea curā adhibeat, vt abuſus frequentiores præſertim, quȩ immediatè Dei honorē reſpiciūt, tollātur: Vt diſcordiæ, & inimicitiæ penitus extinguātur; & vt immoderati ſumptus coërceātur. Curet etiā, vt Confraternitates ſanctiſ. Sacramenti, Nominis Ieſu & Beatiſ. Virg. inſtituantur, augeanturuè, ſicut etiam Schola doctrinæ Chriſtianæ; & demū, vt populus Chriſtianis operibus intentus, D. O. M. puro corde inſeruiat. Maximè autem ſtudeat, vt Eccleſiaſtici omnes otium fugiant, peccatiq; occaſionem vitent; atq; ſe Laicis exemplum vitæ Chriſtianæ præbeant iuxta illud Malach. *& purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, &c.* Malach. 3.

L CAPVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAPVT XXII.

## De cauſis expediendis, vel remittendis.

Inſtr. Viſit.

MAXIME autem ſtudeat Viſitator, vt quæ in actu viſitationis expediri poſſunt, ne omnino differat. Quæ verò ob grauitatem cauſæ, difficultatemuè perſonæ negantis delictum, maturius iudicium requirant, & longiorem proceſſum, de ijs informationem diligentiſsimè conficiat, cuius copiam ad Vicarium criminalem remittat, retento originali in actis; facto præcepto illi, vt ſe coram ipſo Vicario criminali certo tẽpore præſentet, vel ſe in carcere conſtituat, vel præſtet fideiuſsionem, vt cauſæ, vel delicti ratio poſtulabit: reliquas verò cauſas ad mores, ad Clerique diſciplinam pertinentes, præſertim pro decretorum executione, omni breuitate expediat extra iudicialiter, & ſummariè in loco Viſitationis: & vbique pœnas, mulctas, pœnitentias priuatas, & publicas arbitrio ſuo irroget; & exequatur.

Negotia quoq; ciuilia, quæ poſt ſumptas informationes terminari non poſſunt, ex quo vlteriori proceſſu egẽt, Vicario Ciuili, vel Generali, prout res poſtulabit, remittat. In dubijs merè legalibus conſulat Vicarium Generalem, vel Ciuilem, vel Criminalem pro ratione materiæ; in reliquis verò rd Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, vel Vicarium Generalem ſcribat. Si autẽ aliquid reperiri, vel deferri contingat contra Clericum de regione alij Viſitatori aſsignata, copiam talis delationis cum informationibus ſumptis, retento ſibi originali, ad illius regionis Viſitatorem quã primum tranſmittat. Memorialia verò ſecreta criminalitatem continentia abſque indicijs ſeruentur extra acta Viſitationis penes Viſitatorem cum indice, tradanturque Archiepſcopo. Et curet Viſitator, vt ſcripturæ à Notario dietim extendantur, ne remaneant imperfectæ. Et in fine actorum cuiuſcunque Plebis fiant duo iudices.

Hæc à Viſitatore, vt muneri ſuo ſatiſfaciat præſtanda ſunt. Cauere autem vlterius maximè debet, ne munera cuiuſuis generis accipiat, neque à familiaribus ſuis accipi permittat. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. cap. cum Apoſtolus, de vti.

Menſam verò frugalem, ac moderatã, videlicet cum duobus ferculis habeat, & in ea lectionem, etiam ſi ad Laicos diuertere neceſſe eſſet, quorum hoſpitia, in primis autem conuiuia, quam maximè poteſt, effugiat. Concil. Prou. 1. eo.

# CAPVT XXIII.

## Formulæ nonnullæ eorum, quæ in Viſitatione frequentius accidunt.

### Contra non reſidentem, & nõ deferentem habitum Clericalẽ.

*MANDATO admodum R. D. N. &c. Viſitatoris, &c. citetur ad valuas eccleſiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Victoris Burgi Corbettæ per quemlibet nuntiũ N. ſilius*

*N. filius q. N. D. N. eiuſdem Burgi, ac eiuſdem Eccleſiæ Canonicus Curatus ab ea abſens vltra annum, & in habitu Laicali incedens, quatenus die 10. proximè futura poſt harum affixionẽ, ſi iuridica fuerit in tertijs, vt compareat Mediol. coram R. D. Vicario Criminali in loco ſolitæ audientiæ ad videndum ſe priuatum declarari dicto Canonicatu, quem in prædicta Eccleſia obtinet, & in reſtitutione fructuum perceptorum, & condemnari ob id, quia in habitu Clericali nunquam vel rarò inceſſit, neque modo incedit, vt ex proceſſu ſuper hoc confecto conſtat, & circa hæc omnia opportuna, &c. fieri, aliter, &c. Dat. Corbettæ, die &c.*

N. Viſitator.

Die, &c. *Detulit mihi Notario, & Viſitationis Cancell. infraſcripto N. nuntius publicus medio eius iuramento præſentialiter, &c. ſe affixiſſe, & affixam reliquiſſe in valuis dictæ Eccleſiæ S. Victoris copiam ſupraſcriptam citationis.*

N. Not. ac Viſit. Canc.

Forma Denunciationis factæ à Parocho de inconfeſsis, & de concubinarijs.

V E N. *Presbyter N. Rector huius Eccleſiæ denunciauit R. D. V. in eius Parochia nonnullos eſſe, qui in Paſchate proximè præterito ſacram Euchariſtiam non ſumpſerunt, alios verò, qui in publico concubinatu in grande vicinorum, aliorumq; Chriſtifidelium ſcandalum exiſtũt.*

Inconfeſſorum nomina ſunt hæc.

N &c.

Concubinariorum autem.

N. &c.

Forma Notorij aliunde prouenientis.

D*Euenit ad notitiam R. D. V. qualit. N. ab anno citra, vltrà ſtetit, & ſtat de præſenti in concubinatu publico cum N. &c. eam ſecum in vna, & eadem domo retinendo in animarum ſuarum detrimentum, & in grande vicinorum, aliorumq; Chriſtifidelium ſcandalum: propterea ex ordine Præf. R. D. V. vocati dicti N. & M. & ſummariè examinati dixerunt, &c. vt infra, &c.*

Citatio contra inconfeſſos.

M*Andato, &c. citantur omnes infraſcripti coram ipſo R. D. V. in ædibus Parochialibus, &c. vbi elegit, &c. pro die craſtina hora decimatertia ad docendum ſe confeſſos fuiſſe peccata ſua, atq; in Paſchate Reſurrectionis proximè præteritæ ſacram ſumpſiſſe communionem iuxta formam, & diſpoſitionem ſacrorum Can. Alioquin citantur ijdem coram Vicario criminali Mediolani pro die tertia iuridica immediatè ſequenti ad videndum ſe interdici ab ingreſſu Eccleſiæ, & Eccleſiaſtica ſepultura, & interdictos in propria cuiuſlibet Eccleſia Parochiali, ac in alijs vicinioribus Eccleſiis denuntiari, & eorum ſingulorum nomina deſcripta ad Cathedralis, & propriarum Eccleſiarum valuas affigi, & ab Eccleſia eijci, & expelli, & alia neceſſaria fieri, &c. alioquin, &c. & hoc ex officio, &c. Dat. &c.*

Quorum citandorũ nomina ſunt hæc

N. &c.

Quando Inconfeſsi allegant ſe ſatiſfeciſſe præcepto Eccleſiæ.

Q*VI R. D. V. terminum octo dierum proximè futurorum ſtatuit eidem N. ad docend. ſe confeſſum fuiſſe peccata ſua, & in Paſchate Reſurrect. proximè præteritæ ſacram ſumpſiſſe Euchariſt. iuxta formam, & diſpoſitionum ſacrorum Can. alioquin, &c.*

Contra concubinarios delatos, qui præſentes confitentur.

*VOcatus N. Parochiæ, &c. & ſummariè examinatus faſſus eſt verum eſſe, quòd ab anno, & vltrà ſtetit in concubinatu cum M. dicens, è vero che ſon ſtato inſieme con M. più d' vn' anno, è che l'hò conoſciuta carnalmente in caſa mia, & in altri luoghi.*

*Ex tunc præf. R. D. V. eidem N. præſenti, &, vt apparuit, audienti, & intelligenti mandauit ſub pœna ſcutorũ 100. auri, locis pijs arbitrio Reuerendiſſ. Ordinarij applicandorum eo ipſo incurrenda, & excommunicationis in ſubſidium, ne debeat dictam M. in domo ſua retinere, neque cum ea etiam extra domum ſuam conuerſari, ſeu cohabitare, aut colloquiũ vel aliqu od aliud commercij genus, vel directè, vel indirectè habere.*

Si dictus concubinarius mandatum acceptauit, ſeque ad obſeruantiam obligauit dicat.

*Prout dictus N. præſens vt ſupra facere, & obſeruare promiſit; & pro prædictis omnibus, & ſingulis ſe, ac bona ſua in forma obligauit, & iurauit, quoad pœnam.*

Si verò ei etiam iniungat, vt præſtet fideiuſſorem, dicat. *Et pro prædictis exequendis fideiuſſorem præſtet, qui ſe in ſolidum cum eo ad prædicta omnia obliget in forma, &c.*

*Etſi fideiuſſorem præſtiterit, dicat.*

*Prout dictus N. præſens vt ſup. promiſit, &c. & pro eo, & eius precibus, &c. dictus N. &c. Parochiæ S. N. P. N. N. &c. ſponte, &c. ſciens ſe nõ teneri, &c. volẽs, &c. omni meliori modo, &c. ſuperſcriptæ obligationi, & promiſsioni, vt principalis, & in ſolidũ dictus N. acceſsit, ſeq; ac ſua bona, &c. in ampliori forma Cameræ obligauit, videlicet renuncians, &c. cum iuramento, ac alijs debitis clauſulis.*

## Contra Concubinarios non comparenses, ac etiam abſentes à Diœceſi.

*MAndato R. D. N. &c. in ſcriptis moneantur infraſcripti inferius nominati. Et ſi opus erit, ad valuas Eccleſiæ, qui publicè in concubinatu, & in grande vicinorum, aliorumq; Chriſtifidelium ſcandalum, prout de eo relatio fide digna ipſi D. R. V. facta eſt, viuunt quatenus ſub excommunicationis pœna quo ad viros, quo ad mulieres vero exilij à Ciuitate, & Diœceſi Ariminẽſi, ac alijs pœnis arbitrio, &c. termino trium dierum proximè futurorum poſt præſentium præſentationem, quos eiſdem aſsignauit, & aſsignat præfatus R. D. V. pro prima, ſecunda, & tertia monitione Canonica, debeant te ſeparare ab omni inhoneſto commercio, nec ſimul vlterius in domo, ſeu extra domum cohabitare, vel aliquo modo conuerſari præſumant; Et hoc ex officio, &c. & omni meliori modo, &c.*

Quorum præcipiendorum nomina ſunt hæc, videlicet N. &c.

## Contra occupantes bona, iurauè Eccleſiæ, ſiue locorum piorum.

*MAndatæ R. D. N. V. &c. moneantur, & requirantur ſemel, iterum, tertio, ac peremptoriè omnes, & ſinguli infraſcripti poſſeſſores, ſeu potius occupatores, & quouis quæſito colore, & titulo detentores infraſcriptorum bonorum, iurium, decimarum, annuorumq; reddituũ, vel præſtationum; quatenus pœna ſcutorũ ducentorum locis pijs Arimini applicandorum, & excommunicationis in ſubſidiũ infra terminum quindecim dierũ ab executione præterita immediatè ſequendorum debeant, ac vnuſquiſque illorum debeat bona, & iura ſic indebitè poſſeſſa, ac detenta liberè relaxaſſe, ac publica documenta reſtituiſſe, ac conſignaſſe R. Presbytero N. Parocho Eccleſiæ S. N. P. N. tanquam ad dictam Eccleſiam ſpectantia, illiq; damna, & intereſſe infra tres men-*

ſes ſoluiſſe; ab omnibus moleſtationibus, ſeu iactationibus deſuper hos abſtinuiſſe, ſeu infra præfatum terminum corã Reuerendiſſimo Epiſcopo, vel eius Vicario Generali comparuiſſe, & docuiſſe ſe illa legitimè poſſidere, ac de prætenſis iuribus, & de titulis obtentis fidem feciſſe, aliter in eorum contumaciam, ac declarationem incurſus dictarum pœnarum coniunctim, vel ſucceſſiuè; nec non realẽ executionem pro dictis bonis, & iuribus procedetur. Non obſtantibus, &c. & ſi de præmiſſis, &c. citato procuratore fiſcali, ac dicto V. P. N. compareat, &c. de cuius intimatione, &c. Dat. &c.

Quorum præcipiendorum nomina ſunt hæc, videlicet N. &c.

Bona vero, & iura occupata ſunt hæc, videlicet.

Contra occupantes, ſeu ingerentes ſe in bonis Eccleſiæ vacantis.

MAndato R. D. &c. Præcipit infraſcriptis, quatenus pœna aureorum centum, & excommunicationis in iuris ſubſidium non audeant ſe inpoſterum quouis quæſito colore & prætextu ingerere in bonis Eccleſiæ Parochialis Sancti N. loci N. Plebis N. vacantis per obitum Ven. P. N. & ſi quis ſenſerit ſe grauatũ, compareat coram d. R. D. V. infra biduum ad dicendum, & probandum quicquid dicere, aut probare voluerit. In quorum, &c. Dat. &c.

Quorum nomina ſunt hæc, videlicet.

Contra negligentes executiones ordinationum.

MAndato R. D. N. V. &c. Moneatur Ven. Presbyter N. &c. Rector Parochialis Eccl. S. N. loci N. Plebis. N. quatenus termino trium dierum, quorum primus pro prima, ſecundus pro ſecunda, & tertius pro tertia monitione Canonica poſt harum præſentationem pœna ſuſpenſionis ipſo iure incurrendæ ſoluiſſe debeat in manibus N. theſaurarij Scholæ Sanctiſſimi Sacramenti ſcuta decem auri pro executione Ordintaionum in Viſitatione dictæ Eccleſiæ factarum; quas adhuc minimè adimpleuit, imò adimplere neglexit. Et de harum præſentatione, &c. Dat. &c.

Contra Contumaces, & non obedientes præceptis.

MAndato, &c. Citetur N. pro die tertia poſt huius præſentationem coram Præf. R. D. V. in ædibus præpoſituralibus burgi Legnani, &c. vbi, &c. ad videndum ſe condemnari in pœnas, & cenſuras in præcepto ſibi tranſmiſſo contentas, & comminatas, &c. eo quia ipſi præcepto non paruit, imò potius parere contemſit, &c. & ad videndum in præmiſſis, & circa præmiſſa fieri omnia alia expedientia, &c. de cuius, &c. Dat. &c.

Forma conſenſus demembrationis, & vnionis animarum.

REu. D. N. Præpoſitus Eccleſiæ Præpoſituralis, & Parochialis S. N. aſſerit, & conſentit, & aſſenſum & conſenſum præſtat mihi Notario præſenti ac ſtipulanti, vt Reuerendiſſ N. Epiſcopus poſſit à dicta eius Eccleſia Præpoſiturali, & Parochiali ſeparare Eccleſiam S. N. loci N. eamq́; cum animalibus ac iuribus omnibus, &c. dictæ Eccleſiæ in perpetuum vnire, ac incorporare Eccle-

*ſia Paroch. S. N. loci N. præſentibus N.N. teſtibus, &c.*

## Forma deputationis Adminiſtratorum Scholæ, ſiue loci pij.

N. *I.V.D. &c. Viſitator, &c. Inter alia muneris noſtri officia illud poſtremò loco non habemus, vt pijs Confratrijs, præſertim auguſtiß. Sacramẽti Corporis D.N.I.Chriſti tales præficiamus pro earũ regimine, qui ea pietate, & ſanctæ charitatis, ac ſollicitudinis zelo præditi ſint, vt huic præſtãti muneri ſatisfacere poßint: Veſtra igitur pietate, charitate, ac diligẽtia freti, vos omnes, & ſingulos inferius nominandos in Deputatos & Officiales vt infra, regimini, & gubernationi Scholæ Sanctißimi Sacramenti, ac B.V. in Eccleſia Parochiali S.N. &c. cũ opportunis facultatibus ipſius Scholæ bona, redditus, & prouentus quoſcunque adminiſtrandi, regendi, malè alienata, aut quouis modo occupata recuperandi, lites in Tribunali Eccleſiaſtico mouendi, & motas proſequendi, caducitatẽ proteſtandi contra debitorem opportunis iuris remedijs agendi, ſoluẽtibus debitas quietantias, & cõfeßiones ſeruatis ſeruãdis faciendi, ac alia gerendi, & exequendi, quæ ad Præf. Scholæ vtilitatem pertinent, ſeu pertinere poſſunt, cum interuentu R. N. ad biennium, ad Dei, & B. V. M. eius genitricis laudem, & honorem facimus, conſtituimus, & deputamus: quo tempore elapſo nullius momenti, ac roboris ſit quicquid à vobis actum erit: & quolibet anno Reuerendiß. Ordinario, vel alij eius nomine adminiſtrationis rationem reddere debeatis. In quorum fidem, &c. Dat. &c.*

Nomina Deputatorum ſunt hæc, videlicet N. &c.

N. Viſitator.

## Forma ſequeſtri pro executione òrdinationum.

M*Andato R. D. N. &c. Viſitatoris Reuerendiß. &c. præcipitur infraſcriptis debitoribus quibuſcunq;, nec non colonis partiarijs, fictabilibus & emphyteotis bonorum ſpectantium ad R. N. Titularem Eccleſiæ, & Clericatus S. N. loci N. plebis N. quatenus penes ſe in ſequeſtrum teneant, ſaluent, & cuſtodiant omne & totum id, quod penes ſe habent, aut in poſterũ habebunt de fictis libellarijs ſimplicibus ac fructib. & redditibus quibuſcunq; ſpectantibus ad Præf. R.N. nec illos, ſeu partem aliquã eorum alicui reſpondeant, vel relaxent, abſq; expreſſa licentia eiuſdem Reuerendißimi N. &c. Et hæc pro executione ordinationum factarum, & faciendarum ab eodem Reuerendiß. ſeu ab eius Delegatis in Viſitatione de eadem Eccleſia S. N. contra prædictum. Et hæc omnia ſub pœna iterũ de proprio ſoluẽdi, & ſcutorum quinquaginta auri locis pijs Mediolani applicandorum arbitrio, &c. & excommunicationis in ſubſidium, &c. Et de eius præſentatione, &c. Dat. &c.*

Quorum ſequeſtrandorum nomina ſunt hæc, N. &c.

Aduertet Viſitator, ne paſsim ad alicuius inſtantiam concedat ſequeſtrum: Nam regulariter non conceditur de iure, niſi debitum oſtendatur per publicũ inſtrumentum, vt pro ſingulari notat Corſet. Corſet. Verb. ſequeſtrũ

Neque concedi ſolet abſque cauſæ cogni-

Franc. in c. locupletari, n. 7. de regul. iur. 6.

cognitione; cum non ſolum poſſeſſor, ſed neque etiam detentor ſoleat amoueri à poſſeſſione ſine cauſæ cognitione

Et vbi permiſſa eſt ſequeſtratio, ſi à principio præſtetur idonea cautio cum fideiuſſore, vel pignore; non autem iuratoria, tunc ſequeſtratio impedietur: & ſi facta eſſet, reuocabitur.

Franc. in d. c. locupletari in fin.

Forma Relaxationis bonorum ſequeſtratorum.

*Mandato &c. præcipitur infraſcriptis, inferius deſcriptis, & nominatis colonis, fictabilibus, emphyteotis, & debitoribus quibuſcunq; R. N. &c. penes quos omnes, & ſinguli fructus, ficta, & pecunia ſpectantia ad dictum R. N. ratione beneficij, ſeu Capellæ S. N. &c. ſequeſtrata fuerũt de mandato R. N. Viſitatoris ſub die 5. Aug. 1592. quat. ſtatim habito præſenti præcepto, & ſine aliqua exceptione relaxẽt omnia penes eos ſequeſtrata ſpectãtia vt ſup. ad R. N. attẽta cautione, & promiſſione per eum præſtita de ſtando, & parendo iuri, &c. & de exequendis omnibus ordinationibus à R. R. Viſitatoribus factis, & faciendis circa dictos fructus, &c. de qua in actis, &c. Et hæc ſub pœna cuilibet contrafacienti ſcutorũ centum auri locis pijs Mediolani arbitrio Reuerendiſſimi applicandorum, nec non excommunicationis in ſubſidium, &c. De cuius, &c. Dat. &c.*

Quorum præcipiendorum nomina ſunt hæc, videlicet N. &c.

# CAPVT XXIIII.

## De Decretis conficiendis.

Concil. Prou. 5. eod.

ANTEQVAM Viſitator è loco, vel ſaltem è plebe viſitata diſcedat, decreta ad localem, atque ad perſonalem viſitationem ſpectantia etiam vt ſubdelegatus ſed. Apoſt. authoritate ſacri *Concil. Trid.* conficiat: ipſaq; legitimè, vt infrà, intimari curet, reſeruando Ordinario etiam tanquam Apoſt. ſed. delegato authoritate ſacri *Concil. Trid.* & etiam ſibi hac ratione ſubdelegato ius etiam alia decreta ratione præſentis viſitationis conficiendi, vel edendi.

Concil. Prou. 5. eod. Inſtr. Viſit.

In decretis autem conficiendis non generatim, ſed ſigillatim, & quantum fieri poſsit diſtinctè, diligenter ſtatuendum erit, & à quo, & cuius ſumptu, & quo temporis ſpatio quicquã fieri, præſtariuè oportebit: & quæ prætereà pœna negligentibus, aut contumacibus erit irroganda. Quod vt plurimum verũ eſt, vt mox dicemus, quando conſtat, ad quem impenſa ſpectet: Quando autem non conſtat, an ad rectorem, vel ad populum ſpectet, dicatur abſolutè fiat (vt puta) pixis pro ratione Eccleſiæ. Quando etiam perſpicuum eſt ad Rectorem ſpectare; ad idque efficiendum ſperatur auxilium à populo, caueat Viſitator, ne in ordinatione verba apponat, quib. populus ab auxilio præſtando retrahatur. Moneat tamen Rectorem, vt tempore conſtituto, vel cum populi adiumento, vel ſine eo id pręſtet: de qua monitione in actis conſtet. Quando autem à populo impenſa facienda eſt, præfiniatur idem tempus Syndicis, Conſulibuſuè prius auditis, ſi fieri poteſt. Et quicunq; tenetur, poteſt compelli etiam per cenſuras,

Petr. p. 2. c. 10.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuras, & omnia opportuna remedia, quacunque appellatione, exemptione, & cōtradictione remota. Qui autem ad impenſas in Eccleſijs Parochialibus pręcipuè faciendas teneantur, videndum eſt.

Prima Concluſio indubitabilis, quando ſunt reditus ſeparati ſufficiētes pro fabrica, & reparatione Eccleſiæ, quod nullus alius tenetur: Vt eſt hic in Eccleſia Metropolitana.

Vel ſi Epiſcopus, vel alius haberet quartam pro fabrica; nec poſſet excuſari conſuetudine, vel præſcriptione.

Secunda Concluſio etiam ab omnibus recepta: Vbi eſt pia, & laudabilis conſuetudo, vt ad id populus teneatur, illa ſeruanda eſt. Quæ conſuetudo eſt in hac diœceſis in diuerſis locis, præſertim in ditione Heluetiorum, in territorio Bergomen. ac in alijs locis montanis, atq; ab vrbe remotioribus.

Inſtr. Viſit.

Tertia ſit Concluſio. Vbi nihil pro fabrica aſsignatum eſt; neque eſt conſuetudo, vt ad id populus, vel alij teneātur; tunc ſi Parochus diues eſt, ſi commodè poteſt, ipſe ad Eccl. reparationem, ad aliaque onera ſubeunda tenetur; Ad hoc enim bona relicta ſunt. Non tamen ad cæmeterij impenſam tenetur; ſicut neq; tenetur ad impenſam ſepulturarum; cum hæc ad populum ſemper ſpectet.

d. c. 1. de eccleſ. ædif. Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 7. Inſti. Viſit.

Quarta Concluſio. Vbi Parochus eſt pauper, ita vt ſibi ſolùm cenſus, reditusuè pro honeſta victus ſuſtentatione ſuppetant; populus ad fabricæ, aliorumque impenſam tenetur. Quia Parochus ſe ipſum magis, quàm fabricam ſuſtentare debet.

Petr. p. 2. cap. 10.

Quinta Concluſio. Quando reditus ſeparati, vel quarta non ſufficiunt; & Parochus eſt mediocriter diues; hoc caſu Parochus cū populo vel patronis, cū alijſuè, qui fructus aliquos ex illa Eccleſia prouenientes percipiunt, ad ſupplementum, vel ad totum, ſi nulli ſint reditus ſeparati, arbitrio Epiſcopi cum conſilio capituli, vbi hoc eſt in vſo concurrere debet.

d. c. 1. Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 7.

Et hoc caſu aſsignentur potius Parocho, quæ ad paramēta, mappas, corporalia, & huiuſmodi pertinent, & reparatio altaris maioris: Populo verò, quæ pertinent ad Baptiſteriū, Campanile, cāpanas, muros, tectum, pauimentum, & ianuas Eccleſiæ. Quoniā ad hæc populus propenſior eſt; & ad hæc magis teneri videtur. Quæ autem ad Sacramentū Euchariſtiæ ſpectant communiter aſsignantur præſtanda ſumptibus Scholæ ſanctiſsimi Sacramenti: niſi illius magna inopia adiumentum, vel à Parocho, vel etiā à populo exigat. Quia tunc ab omnibus ſimul præſtanda ſunt, conſideratis conſiderandis. Poteſt etiam decerni, vt ex eleemoſynis publicis eo nomine faciendis præſtentur.

Inſtr. Viſit.

Inſtr. Viſit.

Et quod de Eccleſijs dictum eſt, idem eſt de ædibus parochialibus, & de alijs neceſſarijs.

Sexta Concluſio. In Collegiatis beneficiati omnes conferre tenentur, vbi reditus fabricæ nō ſufficiunt: quia qui commodum ſentit, etiam onus ſentire debet. Eadem ratione conferre debet vſufructuarius, & etiam penſionarius, qui vſufructuario comparatur; non tamen quādo penſio eſt exempta, & ab omni onere libera conſtituta; licèt penſionarius nō teneatur ad procurationem. Eadem ratione tenetur qui decimas parochiales exigit.

d. c. 1. Petr. d. cap. 10.

Doc. in d. c. 1. Gig. de penſ. q. 38. n. 2. & q. 52. num. 4. Gig. d. q. 38.

Septima Concluſio. Ad impenſas faciendas in altaribus minoribus tenētur titulares, ſi diuites ſunt, vt vel patroni. In taxandis verò titularis fructibus pro capellæ, altariſue reparatione, ornatuuè, habenda eſt ratio eleemoſynæ, quæ

Inſtr Viſit.

aſsigna-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aſsignatur mercenario implenti onera, & munera illius capellę ad rationẽ prę-ſcriptam videlicet lib. 180. ſingulis an-
Synod. 3. decr. 16.
nis. Si verò titularis valdè inops eſſet, ipſi aliquid amplius arbitrio Viſitatoris reliqui poterit.

De fructibus etiam beneficiorum va-
Inſtr. Viſit.
cantium, vel ob miſſas non celebratas debitis fabricę, ornamentis, alijſque Eccleſiæ, altariumuè neceſsitatibus attribui poteſt; vbi alij non ſint, qui de iure teneantur, vel ſpontè præſtent.

Vltimum remedium pro huiuſmodi impenſa ſit ſuperſedere à toto, vel à parte ſeruitij illius capellæ; & illud, quod
Inſtr.
mercenario tribueretur, in hãc impenſam conferre; titulari verò inopi facultatem impartiri alibi celebrandi; donec illud, quod à Viſitatore decretum eſt, præſtetur.

In ijs autem, quæ minutiora ſunt, vt claues rerũ ſacrũ, & Eccleſiarũ, corporalia, purificatoria, vaſa pro ſacris oleis, cotyla hoſtiarum, & corporalium, vas pro illis abſtergendis, mantilia pro manuum ablutione, & huiuſmodi non excuſetur Rector vllo quouis inopiæ prætextu, quominus, etiam negligente populo, ab ipſo ordinationis tempore
Syno. 11.
hęc conſtituto omnia prę̨ſtentur.

Studeat autem maximè Viſitator decreta ad executionem Conciliorũ Prouincialium, ac diœceſanorum conficere: & in illis, quę magis vrgere videntur, verbis efficacioribus, grauioribuſq; pœnis decernat.

Decreta pro ſtudiorum exercitatione ad prę̨ſcriptum pro ſingulorum Eccleſia-
Syno. 11.
ſticorum capacitate conficiat Parocho, alijue Eccleſiaſtico in officio, & munere ſuo in experto ſacerdotem aſsignet, cũ quo conferat.

Vltimo loco ponatur ordinatio generalis, vt videlicet ſeruentur decreta etiã in alijs viſitationibus facta ãd prę̨ſcriptum Inſtr. etiam cum impoſitione pœnę.

Explicitis decretis, illa, quę etiam populo Viſitator publicãda cenſuerit, poſt Euangelium ante concionem, vel ſtatim poſt Miſſam publicabit: alia verò in Congregatione cleri, quam abſoluta Viſitatione plebis habebit; vel ſi ſecreta ſint, coram duobus teſtibus in faciem eius, contra quem decretum intimari faciet. Notarius verò teſtimonium publicationis, intimationiſuè ſcribat, hoc pacto; lectæ & publicatæ fuerũt ſupradictæ omnes ordinationes in Eccleſia poſt Miſſam coram Parocho, & magna parte populi, prę̨ſertim N. N. conſulibus, die 15. Iunij 1592.

Quę verò ſeparatim pro clero. Hæ autẽ lectæ & publicatæ ferunt ad præſentiã totius cleri ob id etiam coràm præfato R. D. Viſitatore conuocati, & congregati in Sacriſtia S. N. &c. die &c.

Quę ſecretò alicui. Hę fuerunt intimatę; in faciem prę̨ſentibus N. &c.

Curet poſtea Viſitator, vt cùm primũ decreta eduntur, in libro benè confecto accurratè, rectèque exſcribantur, & ſubſcribantur, vel à Ordinario, ſiue ab eodẽ Viſitatore vel à Notario Cancellario Viſitationis; & deinde vt in Archiuio, ſiue in Sacriſtia, vel in alio loco tuto, & decenti aſſeruentur.
Concil. Prou 5. quæ ad ſyn. §. viſitationis.

Verum, quia Viſitatio non ideò inſtituta eſt, vt bonę & ſanctę conſtitutiones fiant; ſed vt vitia à medio tollantur, ſcãdaloſi puniantur, boni conſeruẽtur, imbecilliores cõfirmentur, cultus diuinus conſeruetur, augeaturq; & vt Eccleſiæ, quæ reparatione, vel renouatione indigent, reparentur, ac renouẽtur, vt Eccleſiæ bona vſurpata reſtituãtur, & alia huiuſmodi, vt ſup. latè de Viſitationis ſcopo, diximus; idcircò Viſitator diligenter ſtudeat, quemadmodum ſupra dictũ eſt;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt decreta executioni ſtatim mandentur, præſertim verò, quæ de ſtrictura, ſuppellectiliuè Eccleſiaſtica conſtituta erunt. Et quæ in illis exequendis difficultas, vel controuerſia oriri poſſe videbitur, curet, vt planè tollatur: ſibiq; perſuadeat, poſt ſuum diſceſſum reformationem ſuam debitam executionem minimè habituram: niſi ipſe, quæcunque poteſt, antequam diſcedat, executioni demandarit.

Conc. Prou. 5. eod.

Omnino autem pro executione illorum, quæ tunc minimè exequi poterit, literis poſtea ſæpiſsimè inſtet, donec executioni mandentur. Et vt illud facilius præſtare poſsit, ſummatim ſibi ſcribat, quæ exequēda reſtant. Et hæc ad laudē ſummæ Trinitatis, ac Deiparæ Virg.

# PARS QVARTA.

## CAPVT I.

## De Viſitatione Monialium.

### *Delegatio, & facultas Viſitatoris.*

N.

*DEI, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus, &c. Dilecto nobis in Chriſto R. D. N. S. I. V. D. & Canonico Eccleſiæ noſtræ Cardinalis ſalutem in Domino. Cùm per nos ipſos per neceſſarium Viſitationis munus adimpleri non poſſe perſpiciamus, confiſi de tua pietate, integritate, & prudentia; ſperantesq; fore, vt quæ tibi commiſerimus, & mandauerimus, ea per te benè gerantur, noſtra auctoritate, nec nō ſacri Trid. Conc. & alijs omni meliori modo tenore præſentium tibi facultatem damus, & mandatum viſitandi omnia, & ſingula Monialium Cœnobia, & Monaſteria Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ: teq; Viſitatorem noſtrum conſtituimus; vt noſtra, & alia quacunque nobis competenti auctoritate Canonicas ſanctiones, & ſacri Conc. Trid. Prouinc. & Diœceſ. aliaq; noſtra Decreta, Statuta, Regulas, Cōſtitutiones, ac Ordinationes de obſeruantia regulari, pietate, moribus, religione; regimine, bonorum adminiſtratione, aliiſq; reb. omnibus in capite, & membris omnium, & ſingulorum Monaſteriorum, pœnis quibuſcunque, & cenſuris arbitrio tuo infligendis, ac alijs iuris remedijs executioni mandari cures, & facias: Eccleſias, tam exteriores, quàm interiores, Monaſteria, domos, & alia huiuſmodi quæ renouatione, ſeu reparatione indigent, renouari, ac reparari facias; & quæcunqae alia, quæ ad Dei honorem, & ad ipſam Monialium vtilitatem eſſe cenſueris; præſertim circa Sacramentorum adminiſtrationem, ac verbi Dei prædicationem agas, agiuè cures. Item puellas ad habitum admittendi, nec non nouitias ad profeßionem recipiendi; Item coercendi, mulctandi, ac etiā cenſuris plectendi, atque excommunicatas declarandi omnes, & ſingulas perſonas vtriuſque ſexus in præfatis omnibus, & ad ea quomodocunq; pertinentibus tibi pote-*

*poteſtatem facimus. Poſtremò, vt quoties opus fuerit Viſitationis cauſa, ſepta, & clauſuram eorundem Monaſteriorū, vnà cum alio, vel duobus Sacerdotibus ſpectata vita tibi benè viſis, ingredi poßis, licentiam ad beneplacitum impartimur. Tibiq́, ad huiuſmodi Viſitationis acta nomine, & Vice Cancellarij Epiſcopalis recipienda, & conſcribenda quemcunque Notarium Eccleſiaſticum eligere, atque aſſumere licere volumus. In quorum fidem, &c. Dat.*

# CAPVT II.

## Præparando, à Præfecta, Monialium pro Viſitatione.

INDEX Decretorum, ſeu capitum Regulæ. Conſtitutionum, Ordinationum in alijs Viſitationibus Statu ratum. } quæ cōiter non obſeruātur cauſis & impedimentis deſcriptis.

Liber ſtatus Monialiū à qualibet Pręfecta initio ſui officij conficiendus, vel recognoſcendus; vel ſaltem nomina ſingularum cum officijs, quæ habent.

Priuilegia quæcunque,

Indulgentiæ,

Iudices {
- Supellectilis Sacriſtiæ.
- Diſtributionis temporis, diebus feſtiuis, & ferialibus ſeparatim in hyeme, & ęſtate.
- Horarum Canonicarū, quo videlicet tempore recitentur.
- Victus quotidiani.
- Librorum omnium, etiam manu exaratorum, ſupellectilis, aliarumque rerum; quæ ſingulis Monialibus, in cellis, locisùe ſuis retinendæ à Præfecta conceduntur, permittūturuè.
- Supellectilis, aliarumuque rerū, quæ in ingreſſu, vel profeſsionis tempore a puellis, nouitijsque Monaſterio darī ſolent.

Conc. Prou 2a tit. eadē diui. 2.

Iudices {
- Officialium Miniſtrorumuè Monaſterij, & aliorum quibus vel Monaſterium ingredi, vel Præfectam, aliaſuè Officiales, vel Moniales alloqui licet ex facultate, quæ initio cuiuſlibet anni concedi ſolet.
- Deputatorum, protectorumuè.
- Famulorum.
- Reditus, & exitus ordinarij & extraordinarij.
- Reparationum, & melioramentorum factorum poſt aliā viſitationem.
- Vſurpationum,
- Litium,
- Alienationum,
- Locationum,
- Creditorum, & debitorum.

Inuentaria bonorum, iuriumuè Monaſterij. Quæ omnia perficere poteſt Præfecta auxilio Confeſſarij, & etiam deputatorum, in ijs ſcilicet, quæ ad temporalia ſpectant.

# CAPVT III.

## De modo Viſitandi.

VISITATOR, ſi eſt Epiſcopus, duobus, vel tribus (licet plures adducere poſsit) iuxta qualitatem Monaſterij, vel ſi non eſt Epiſcopus vno, vel duobus ſecũ aſſumptis; quibus ſingulis aliquid præcipuum, ad cooperandum mandet, Monaſterium viſitet; Prius tamen Miſsã celebret, in ipſaq́; illis ſanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramẽtum miniſtret: & poſt Miſſam ante cratem, vel feneſtellam, vt cõmodius erit, ſermonem habeat, in quo inter cætera agat de ſcopo, & vtilitate Viſitationis, & quomodo in ipſa Moniales ſe gerere debeant: maximè autem vt omni charitate veritatem dicant, non eorum ſolùm, de quibus requirentur, ſed etiam omniũ, quorum pro diſciplina reſtauranda, vel conſeruanda, vel etiam augenda, & pro illarum profectu neceſſaria, vel vtilia eſſe iudicabunt, docens etiam illas grauiter peccare, quæ mendaciũ dicunt, præſertim in hac materia, quæ veritatem tacẽt, & quæ ex indignatione, rancoreuè, & odio aliquid de alijs detegunt, manifeſtantq́;. Sermone autẽ abſoluto, accenſis luminibus ſacoſanctũ Euchariſtiæ Sacramentum quod in Eccleſia exteriore in tabernaculo decente ſuper altare maius ſeruandum eſt, ſacras reliquias, & oleum ſacrum pro infirmis, quæ eitam in Eccleſia exteriore in feneſtellis ad præſcriptũ ſeruari debent, viſitet, vt ſupradictum eſt. Et hoc modo regulariter viſitandum eſt. Quandoque tamen ex improuiſo à viſitatione locali inchoandum eſt; & tunc ſermo habendus eſt immediatè ante viſitationẽ perſonalem. Et ſi fortè aliquis ipſum impedire præſumpſerit; niſi monitus reſipiſcat, excommunicatus eſt ipſo facto. Et monitio vnica ſufficit; ſed debet fieri per Viſitatorem, & non per alium poſt impedimentum, & ſufficit vna talis monitio.

Cle. fin. de ſtat. Monac. & ibi Card.

# CAPVT IIII.

## De Viſitatione perſonali.

ANTEQVAM Viſitator perſonalem Viſitationem aggrediatur, præteritarum viſitationum, decreta, indices, & alia, quæ à præfecta præparata erunt, vt ſupra, diligenter videat, atq; conſideret. Viſitationem autem incipiat interrogãdo Præfectam ſeparatim quoad Moniales, in præſentia tamen aliquorum, qui ſint maturi, & modeſti, & qui defectus occultos, quos audiunt, alijs non reuelent, vel in pręſentia Notarij; quia viſitãti ſoli non creditur, ſed vel Notarius, vel alij ſi fieri poteſt, ita interſint, vt eos Moniales adeſſe non cognoſcant. Interroget autem Præfectã, & aliquas ex Monialibus, & etiam alias probatioris vitæ, vt infrà, in ſtatu generali; A Præfecta præcipuè (ſi fidelis, & pia ſit) aliquarum Moniali ũ cognitionem, notitiamq́; habere curet, illarum pręſertim quæ magis pię, & illarum, quæ teteriores cõmuniter exiſtimantur, vt veritatem cognoſcere, ac quomodo cum illis ſe gerere debeat, melius ſcire poſsit. Poſtremò ante

S. Ant. d. c. 6.

c. quoniam, de pro ba. Imol. in

Clem. 2. de ſtat. Monac.

cratem

cratem collocutorij Viſitationem incipiat, conficiendo ſtatum generalem, vt infrà, & regulariter à maiorib. Officialibus, & ab antiquioribus incipiat: aliquando tamen expediens erit, vnam ex maioribus, & vnam ex inferioribus alternatim audire. Maximè autem cauendum eſt, ne percipi aut cognoſci poſsit, à qua aliqu id intellexerit; ne inter ipſas ſimultates, quæ ab eis difficilè euelluntur, oriantur. Et Viſitator cum illis non ſit vt Iudex, neque vt mater, ſed vt pater agat: Et in ipſa viſitatione Diſcretas cógregare: atque ijs, quæ contra earum inſtitutum perſpicua, notoriauè ſunt, in congregatione, prouideri curet. Status autem hoc pacto confici poteſt.

# CAPVT V.

## Status generalis Monialium. S. N.

### Die prima Octobris 1592.

NONIALES S.N.P.O. Mediolani ſub Regula S. benedicti, ſub regimine Ordinarij, vt ſemper fuerunt. Sunt num. 50. & ita eſt numerus præſcriptus; Vt conſtat inſtrumento rogato per N. Notarium Cancellariæ Archiepiſcopalis, ſub die 12. Aprilis 1583.

| | | |
|---|---|---|
| Profeſſę velatę ſunt | 36. | Et nomina ſingularũ, & officia, quæ habẽt, ſunt vt in indice. |
| Habentes ſuffragiũ | 31. | |
| Nouitiæ Chorales | 5. | |
| Profeſſæ conuerſæ | 7. | |
| Nouitiæ | 2. | |

e. ſuper eo, de arg.

Habitus eſt niger. In hocq; nulla eſt differentia inter profeſſas chorales, & nouitas, & etiam conuerſas; niſi quod illæ vtuntur cuculla, hæ autem non: Et illę velo nigro velatę ſunt; hę verò albo: Cóuerſę etiam groſsiori, ac viliori panno veſtiuntur.

Conſtitutiones habent iuſſu Cardinalis S. Praxedis beatæ memoriæ pro Monialibus editas; quarum aliqua pars ſicut etiam regulæ capitulum in communi quotidie legitur.

Habent etiam nonnullas Ordinationes à plurib. Viſitatoribus factas, ac in libro deſcriptas; quæ ferè omnes executioni mandatæ ſunt.

De officialium.

Officiales maiores, videlicet, Abbatiſſa, Prioriſſa, & Diſcretæ, quæ ſũt ſex, ſuffragijs tacitis corã ſuperiore, vel alio delegato ante cratem collocutionis extra Monaſterium exiſtente eliguntur, & cófirmantur. Et pro electione Abbatiſſę duę partes ſuffragiorũ requiruntur: pro aliarum verò electione maior pars ſufficit: Minores autem Officiales à maiorib. coram pręfato ſuperiore, vel delegato, & confeſſario creantur, vel coràm hoc tantũ nominãtur, & à ſuperiore confirmantur, vel etiam nonnullę arbitrio ſuo conſtituuntur: & quęlibet officium ſibi aſsignatum libenter ſuſcipit. Suffragium autem non habẽt, niſi quę triennio poſt emiſſam profeſsionem in Monaſterio commoratę ſunt. Antequam verò dies electionis veniat, quotidie pro fœlici electioni per mẽſem officium de Spiritu Sancto in Choro dicitur; & ſingulis feſtis, & ferijs ſextis fit oratio publica.

electione, & quo tẽpore in officio perſiſtãt.

Maiores in officio piennio, aliquãdo etiã triennio arbitrio ſuperioris durant: minores verò ſingulis annis mutãtur, & renouantur, vt ſupra. Et quod de duabus ſororib. germanis pręſcriptũ eſt, omninò ſeruatur, ne videlicet quando vna eſt Abbatiſſa, altera ſit Prioriſſa, Diſcreta, vel Ianitrix, vel Scriba, vel Celeraria.

De paupertate.

Nulla, quod ſciatur, aliquid proprij habet, vel etiam quid ſuperfluum, alienum-

&c vita in communi.

numuè à paupertate, quam profeſſa eſt prȩterquàm quod nonnullȩ ſunt, quȩ libros pretioſiores, ornatioresque, imagines, & huiuſmodi retinent.

Quod à parentibus, ab aliuiſuè alicui donatur, Abbatiſſȩ ſtatim aſsignatur, quȩ ex eo illius Monialis neceſsitatibus, ac etiam commodis honeſtis prouidet; niſi pro Monaſterij neceſsitate, vel vtilitate alia cauſa vrgeat. Idem ſeruatur in acquiſitis à Monialibus, induſtria, ac labore. A Præfecta enim earum laboribus quicquid cuiuſcunque Monialis opera Monaſterio acquiritur, in libro deſcribitur, & diligentioribus neceſsitatibus, commodiſuè prius prouidetur.

Omnes aluntur, & veſtiuntur ſumptib. Monaſterij. Et veſtes laneæ, & pelliceæ, in locis communibus aſſeruatur; quorũ ſingulis duæ Moniales præfectæ ſunt.

Victus quotidianus eſt, vt in indice. Veſtiuntur verò Moniales iudicio, & arbitrio Abbatiſſȩ; cui Prioriſſa, & diſcretȩ neceſsitates ſingularum Monialium iudicare tenentur. Et nulla apud ſe veſtes habet, præter eas, quæ ad quotidianũ vſum ſunt neceſſariæ.

Nulla, quod ſciatur, quidpiam etiam alij Moniali donat. Abbatiſſa tamen benefactoribus Monaſterij, Monialiumque parentibus, ac conſaguineis proximis ſemel, vel bis in anno aliquid parui momenti cum conſenſu Capituli largitur.

Pecuniæ in capſa quæ duabus clauibus diuerſi operis clauditur, collocantur; quarum clauium ab Abbatiſſa vna, & altera à maiori Diſcreta aſſeruatur; Neque capſa aperitur, niſi vtraq; ſit præſens cum ſcriba maiori.

De Obedientia.

Obedientes ſunt ferè omnes ſemper: & quãdo aliqua ex fragilitate repugnare, vel non ſtatim obedire videtur, pȩna graui iuxta qualitatem delicti plectitur. Nulla, n. eſt à trib. annis, & vltra, quȩ pertinax, & ita contumax, extiterit, vt illud crimen ad ſuperiorẽ referre opus fuerit, Diſcretis ad præſcriptũ Concil.

Conc. Prou. 1. eod.

De caſtitate.

Nulla eſt familiaritas, neque familiaritatis ſuſpicio extra Monaſterium: Inter ipſas quoque Moniales non videtur eſſe aliqua vitioſa, nimiauè dilectio.

Dormiunt ſingulæ in ſuis lectis, & in cellis ſiuè locis, ſtationibuſuè peculiaribus; duabus tamen exceptis quæ ex cauſa, atque cum ſuperioris facultate in ſcriptis in eadem cella, licet in diuerſis cubilibus dormiunt.

Concil. Prou. 5. eod. S. Ant. d. cap. 6. Vital. in cle. 2. §. 1. n. 25. de ſtat. mõ. Petr. p. 4. de refor. mon. c. Fucat. de conſecr. diſt. 5.

Nemo aliam tangit, niſi neceſsitatis cauſa; alioquin graui pœna plectitur.

Epiſtolæ, neque aliæ ſcripturæ extra Monaſterium ab'q; Præfectæ facultate minimè mittuntur; neq; etiã vlla attrementariũ priuatim habet: neq; literȩ recipiuntur, niſi prius viſæ ſint à Præfecta.

Vanitas nulla in veſtibus, velis, alio uè modo in ipſis Monialibus apparet.

Neque etiam calceamentis ferro minutè, perforatis vtuntur.

Neque longos crines, neque trenatos habent.

Conc. Prou. 4. eod. Conc. Prou. 1. eod. Petr. p. 4. de refor. monial. Fuſch. lib. 2. c. 13. ſub num. 42.

Specula non habent, neque figmento vtuntur, Verba indecentia nullo pacto proferuntur.

Vbi videri alias poſſent, vel à Concionatore, vel à Medico vel à quocunq; alio, velo conteguntur vſque ad os.

Canes, aues, iumenta, & ſimilia non aluntur in Monaſterio.

De clauſura.

Clauſura inuiolabiliter à ſingulis ſeruatur; & nulla ianuæ cùm aperta eſt, appropinquat.

Nullus locus eſt, per quem in Monaſterium quis facilè ingredi poſsit præter ianuas.

Neque vllus locus eſt, ex quo in Monaſterium proſpiciatur; cui prouideri poſsit, vel cuius occaſione aliquod ſcandalum oriri queat.

Nemo abſque facultate Superioris in ſcriptis, & abſq; neceſsitate Monaſteriũ ingreditur; & illos nulla alloquitur, niſi illæ, quibus ab Abbatiſſa permiſſum eſt.

Ad cuſtodiam ianuæ ordinariæ duæ ſaltem ſemper aſsiſtunt.

De Officio diu. Doc. in d. cap 2.

Offici ũ recitatur ſuis horis, vt in indice.

Pſalterium eſt ſecundùm ritum Ambroſianum: reliquum verò Monaſticum congregationis Sanctæ Iuſtinæ.

Sunt ferè omnes frequentes.

Dicitur ſatis diſtinctè, & attentè.

De alijs exercitationibus ſpiritualibus.

Oratio mentalis ſingulis diebus bis habetur; Videlicet in hyeme poſt Primam, & poſt Veſperas immediatè per horam.

In æſtate verò poſt Matutinum, & poſt primum ſignum Veſperarum per dimidiam horam.

Examen conſcientiæ fit per quartam partem horæ, antequam dormitionis ſignum detur immediatè.

Miſſam ſingulis diebus audiunt: Duæ verò Miſſæ quotidie celebrantur.

Confitentur peccata, & ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſingulis diebus feſtis omnes regulariter ſumunt; nonnullæ verò etiam ferijs ſextis.

Sermones ſpirituales, concioneſuè audiunt à Confeſſario, vel à R. N. ad id deputato ferè ſingulis feſtis.

Lectio libri ſpiritualis, vltra illã, quæ in refectorio habetur, in loco, in quo Moniales laboribus nauant, quod laborerium dicitur, per horam ſingulis diebus ferialibus adhibetur: aliquando etiam inter ipſas fit collatio eorum, quæ audierunt iubente Præfecta.

Leguntur autem libri, quos Confeſſarius ſingulis menſibus præſcibit vltra caput regulæ, & partem aliquam conſtitutionũ, quæ ordine quotidiè leguntur

Diebus verò feſtis nonnullæ ad hoc deputatæ doctrinam Chriſtianam conuerſas per horam docent: aliæ ſeparatim in aliqua lectione ſpirituali, vel in cantu tempus conſumunt; Etſi fortè concio non habetur; tunc coniunctim legunt librum ſpiritualem

Conuentus, ſiue Capitulum, vt dicitur culparum ſingulis ferijs ſextis habetur; & omnes conueniunt: & dicitur culpa erratorum; & iniungitur pœna ad præſcriptum.

Diſciplina vt dicitur, in communi fit ferijs ſextis; tempore autem Quadrageſimæ, & Aduentus, etiam ferijs quartis.

De concordia.

Concordia, & pax inter ipſas Moniales eſſe videtur, & maximè ſeruatur, vt nulla temporis ſuperioris delicta iniquo animo obijciat: & vt grauiter puniantur, quæ charitatem violant, & quæ zizania ſeminant.

De ſilẽtio.

Silentium in Eccleſia, in refectorio, & poſt dormitionis ſignum regulariter ſeruatur; alijs verò temporibus, & locis non ſeruatur omniuo.

De Ianuis.

Ianuæ duæ ſunt; Vna enim ad vſum Monaſterij non ſufficit; quarum vna iumentis, curribus, & vehiculiſque agendis; altara verò alijs vſibus, & commodis neceſſarijs inſeruit.

Ianitrices quatuor ad ianuam primariam conſtitutę ſunt; quarum duæ ſaltem ſemper aſsiſtunt: Ad ianuam verò curuum duæ deputatæ ſunt, quæ ambæ, quãdo opus eſt, pręſentes ſunt, quãdo ianuę aperitur, & quando aſsiſtendũ eſt; Quando autem aliqua illarum iuſto impedimento detinetur. Ab Abbatiſſa alia pro illa vice ſubrogatur.

De Ianuis.

Claues duæ ſingulis ianuis, & etiam ianuæ ad inſtar cancelli, quæ in Monaſterio eſt, ante illam curruum, ſunt; quarum vna ſemper penes Abbatiſſam, aliæ verò apud ianitricem antiquiorem profeſsione aſſeruatur.

Ianuæ

Ianuæ ante ortum ſolis minimè aperiuntur.

Concil. Prou. 1. eod. Clauduntur verò veſperi ante ſignũ Salutationis Angelicæ.

Nunquam aperiuntur niſi duabus ianitricibus præſentibus.

Nulla Monialis ianuæ appropinquat, quando aperta eſt: neque ipſa aperta, quemquam etiam parentem alloquitur.

De Rotis. Concil. Prou. 4. eod. Rotæ ſunt quatuor; Vna ianuæ communi adiuncta, altera in parlatorio; tertia in cellula confeſsionum: quarta in Eccleſia pro illis, quæ ad Miſſam neceſſaria ſunt; vt latius in Viſitatione locali, ſeu materiali dicetur.

Omnes clauibus claudi poſſunt; & ſemper poſt ſalutationis Angelicæ ſignum, & tempore menſæ clauduntur; & Abbatiſſæ claues aſsignantur.

Præfectæ Rotæ primariæ, ſiue communi ſunt quatuor; quarum duæ ſaltem ibi ſemper aſsiſtunt.

Cibus ſolùm è rota communi exponitur. Clauis valuarum interiorum rotæ Eccleſiæ ab Abbatiſſa ſeruatur ſicut etiã clauis rotæ cellulæ confeſsionem: licet aliquãdo illa Sacriſtæ maiori, & hæc vltimæ Diſcretæ, ad quã ſpectat cura Monialiũ in ijs, quæ ad confeſsionem pertinent, aſsignetur, & relinquatur.

De Eccleſia. Ad Eccleſiam ferè omnes ſemper initio diuinorum officiorum conueniunt.

Habitum decentem deferunt.

Acceſſus ad Chorum; & receſſus ab eo, ordine fit.

In proprijs ſedibus perſiſtunt vſq; ad finem niſi ratione officij diſcedendũ ſit.

Silentium ſeruatur etiam propè Eccleſiam.

Cantus profanus, laſciuuſuè neque in Eccleſia, neque alibi adhibetur.

Muſicis inſtrumentis, excepto organo, non vtuntur.

In Eccleſia exteriori officia minimè canuntur; ſed tantum Miſſa, & quidem die feſto ipſius Eccleſiæ.

Ad ſonitum campanæ refectorij omnes, præter illas quæ legitimè impediuntur, ad benedictionem menſæ conueniunt: Deinde locis ſuis ſingulæ iuxta profeſsionem ordine diſcumbunt. Menſa autem ſublata, & gratijs Deo peractis, ordine etiam diſcedunt. De Refectio.

Carnibus veſcuntur diebus Dominicis, ferijs tertijs, & 5. ex diſpenſatione *Greg. 13.*

Ieiunant ferijs quarta, & ſexta.

Ad primam, & ad ſecundam menſam, manè, & Veſperi libri ſpiritualis à confeſſario delectus à iunioribus per orbẽ hebdomadarijs legitur.

Silentium regulariter ſeruatur.

Nulla alij quidquàm elargitur.

Duæ Ianitrices, & duæ Rotæ Præfectæ ad primam menſam accedunt, aliæ verò ad ſecundam.

In Dormitorio dormiunt viginti tres.

Silentium ſeruatur; & vbi violatur, præfecta Dormitorio ad Abbatiſſam refert.

Lampas nocte iugiter ardet, ſicut etiam in clauſtro, & in infirmaria, quando ſunt ibi ægrotæ.

Dato ſigno Dormitionis omnes, etiã quæ in cellis degunt, ſtatim ad dormitorium, cellaſuè ſe conferunt, & dormitum eunt, & an hoc fiat, inſpiciunt Abbatiſſa, & aliæ officiales maiores. De Dormitorio.

Dormitorium nocte claue clauditur, & clauis ab Abbatiſſa cuſtoditur. Petr. p. 4. de refor. Monial. Informat.

Cellæ verò diù, noctuq; apertæ ſunt, ita vt eas Abbatiſſa ſemper inſpicere valeat; præter illas clauſtri ſuperioris, in quibus iuniores degunt, & illas nouitiarum, quæ extra vecte clauduntur noctu; & tempore Matutini à Præfecta clauſtri, & à Præfecta nouitiarum, vel ab earum ſubſtitutis aperiuntur.

Aegro-

Infirmaria. Aegrotæ omnes cubant in infirmaria; & valetudine recuperata ſtatim ab ea recedunt.

Eas Abbatiſſa quotidie viſitat.

Illarum curæ quatuor deputatæ ſunt, quæ quanta maxima poſſunt patientia, & diligentia officio ſuo non deſunt.

Vbi aliqua grauiter ægrotat, abſoluta oratione mentali, pro ea aliquo breui temporis ſpatio ſuperioris arbitrio ſemper oratur: nec alia ſuffragia ſpiritualia deſunt.

Cibus quoque & medicamenta opportuna illi adhibentur.

Nulla medicamentum, etiam leue abſque medici conſilio ſumit.

De Veſtiaria. Veſtes omnes in vno cõmuni loco aſſeruantur, præter illas ægrotarum contagionis nomine ſuſpectas.

Veſtibus quatuor præfectæ ſunt, ad illas excutiendas, purgandas, ac ſarciendas; quæ etiam ſororibus in ſingulas hebdomadas pro tempore, &, vt opus fuerit, illas diſtribuunt.

Subuculis, & linteaminibus lineis abſque diſpenſatione vtuntur vltra quindecim annos.

De Laborerio. Duæ Moniales maturæ, ac prudentes laboribus Monialiũ præficiuntur, quę ad Rotam accipiunt, quæ eleboranda ſunt; eaque Monialibus diſtribuunt, & ex rota accepta mercede reſtituunt, præſente ſemper Rotæ Præpoſita. In hisq; nulla alia Monialis ſe ingerit; etiam ſi eius occaſione à cognatis, parentibuſuè aliquid elaborandum mittatur.

Conc. Prou. 1. eod. Frequentes ſunt; & vbi aliqua non iuſtè impedita ab huiuſmodi laboribus abſtinuerit, punitur ad præſcriptum Concilij.

Nulla, Ianitricibus exceptis, alibi, quã loco operibus elaborãdis cõſtituto acu pingit, aliudue quicquã manib' elaborat.

Lectio libri ſpiritualis quotidie adhibetur; manè ſpatio dimidiæ horæ; à prãdio verò per horam: & legunt iuniores arbitrio Præfectæ. Aliquando raro tamen, poſt lectionem, quæ audierunt inter ſe conferunt.

Sermones cantuſuè profani nequaquam proferuntur.

Præfecta laborum librum certum habet, in quo quicquid ex ijs laboribus lucri capitur, enucleat è ſcribit.

De Horreo, & piſtrina. Oſtia horrei, & eius loci, vbi farina aſſeruatur duabus diuerſis clauib' clauduntur, quæ ſingulę à ſingulis præpoſitis ei officio cuſtodiuntur: & illæ cùm triticum & farina importatur vel exportatur, ſemper adſunt.

Triticum in Monaſterio ſolum ad Monaſterij vſum, & neceſsitatem aſſeruatur; ſic de frugibus, & annona.

Offulæ & alia huius generis aliquando donandi cauſa tantum conficiuntur.

Quando panis cõficitur, accedunt ad ipſum conficiendum tres deputatæ, & conuerſæ omnes, & aliæ, ſi opus eſt, iuſſu Præfectæ, vel Priorisſæ.

De Collocutorio. Oſtia collocutorij; & intus, & foris claue clauduntur. Claues autem oſtiorũ exteriorum tempore Quadrageſimæ, & Aduentus, & diebus feſtis ſempet à Confeſſario cuſtodiuntur; alijs verò diebus, nocte tantum, die verò apud Abbatiſſam aſſeruãtur; apud quam etiã aſſeruari ſolet diù, ac noctù clauis oſtij interioris.

Nunquam autem aperiuntur, niſi longiori collocutione opus ſit: & cum ibi aliqua colloquendi cauſa adeſt, ſemper patent.

Auſcultatrices ita loquentibus aſsiſtunt, vt quid intus, & foris dictum, factumuè fuerit, ipſæ quoque audire, & cognoſcere queant.

De Adminiſtratione. Abbatiſſa diligenter, ac prudenter regit, & maximè curat pacem & concordiam inter Moniales.

Viſitat ter in ſingulos annos vnà cum Diſcretis cellas, ſupellectilem, & libros ſingularum Monialium.

Negotia grauia cum Diſcretis in congregatione, quæ ſingulis mẽſibus bis fieri ſolet, & ſæpius, quando opus eſt, confert; grauiora verò in Capitulo.

Bona non alienantur, neque permutantur ſine conſenſu, & interuentu ſuperioris, ſeruatis ſeruandis, ſicut neque ędificatur, neque æs alienum contrahitur vltra quingentos aureos. Locantur verò cum conſilio deputatorum propoſitis Cædulis.

Reparationes hoc anno factæ ex cõſilio deputatorum ſunt, vt in indice.

Inſtrumenta, & iura Monaſterij ſeruantur in Archiuio ſub duabus clauibus; quarum vna eſt penes Abbatiſſam, altera penes Diſcretam maiorem.

Abbatiſſa rationem bonorum Monaſterij præſcriptam fideliter, & accuratè habet.

Singulis tribus menſibus ad Capitulum ſummatim refert ratione accepti, & expẽſi: & quotannis ſuperiori, & Monaſterij Curatoribus deputatis.

Conuentio nulla fit de Eleemoſyna ſpirituali, cum nouitia recipitur, ſed ſuperioris arbitrio remittitur.

Nouitiæ loco ſeparato à cæteris Monialibus cum Præfecta, & eius coadiutrice habitant: Earum curam ſola magiſtra electa, & eius ſocia habent, alia prętereà nulla: quæ ipſas præcipuè in volũtate abijcienda exercent.

In principio autem ingreſſus exercitationibus ſpiritualibus maximè incũbunt, curante hoc Confeſſario.

Monaſterio Nouitiæ cauſa nihil datur præter id, quod neceſſarium eſt ad victum, & veſtitum illius temporis, quo in nouitiatu fuerit, quod ſoluitur antequã puella in Monaſteriũ ingrediatur.

Quod verò Eleemoſynæ gratia datur, deponitur tempore, quo puella habitũ ſuſcipit apud virum à ſuperrioe approbatum.

Ante profeſsionem per menſem Abbatiſſa Archiepiſcopo ſignificat, quo tẽpore nouitia profeſſura ſit.

Nulla cogitur vllo modo ad profeſſionem emittendam.

Profeſsionis diei, & anni, quo facta eſt, memoria in libro conſeruatur, cùm ſubſcriptione illius profeſſæ, & ſaltem quando ipſa ſcribere neſcit, eius quæ illam ad profeſsionem admiſit.

Die profeſsionis, habituſuè in foraſterijs, ædibuſuè Monialium conuiuia minimè fiunt, neque bellaria dantur.

Anno die habitus, & profeſsionis quęlibet ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, maximè pro gratiarum actione ſuſcipere ſolent.

Conuerſę recitant loco diuinarum horarum orationem Dominicalem, & Salutationem Angelicam centies ſingulis dibus: aliquæ verum officium Beatiſſimæ Virginis, & hoc à decẽ annis citrà. *De Conuerſis.*

Ipſæ quoque inuiolabiliter clauſurã ſeruant.

Nulla particulariter alicui ſeruit, ſed in communi omnibus.

Monialibus velatis debitam reuerentiam regulariter non reddunt.

Doctrinam Chriſtianam diebus feſtis audiunt.

Nulla ad Capitulum admittitur, neq; illi quicquam promittitur, niſi prius habita facultate ab Ordinario, poſtquam examinata fuit: Et cum Capitulum habent, ſuffragia tacita feruntur. *De Puellis ad religionem admittendis.*

Et nulla ad religionem, neq; ad profeſsionem cenſetur admiſſa, niſi duas ex tribus partibus ſuffragiorum tulerit.

De ſuffragiorum autem exitu ſtatim ſuperior admonetur.

Non

Non recipiuntur vltra tres germanas, & quatuor eiuſdem familiæ.

Puella manè ad Monaſterium nulla pompa ab intimis propinquis mulieribus, & nullo aliorũ inuitatu deducitur.

Eleemoſyna, & impenſæ faciendę in ingreſſu, vel profeſsionis tempore pręſcribuntur à ſuperiore: & nulla cogitur conuiuium, ſeu paſtum facere.

Nulla induit habitum ante Sacramẽtum Confirmationis.

De puellis in educatione.

Puellę vltra hominum memoriam in hoc Monaſterio educari ſolent.

Nulla in educatione recipitur, niſi cũ facultate ſcriptis exarata.

Puellę in educatione à Monialibus ſeparatæ viuunt in omnibus, præterquã in Eccleſia, cùm Miſſa, & diuina officia celebrantur.

Veſtiunt veſtibus modeſtis præſcriptum.

Cincinnatæ non ſunt: neque inaures, aut huiuſmodi deferunt.

Nulla in educatione eſt, quæ vigeſimumquintum annum egerit.

Pro cuiuslibet educatione ſoluũtur triginta aurei ſingulis annis: Cuius pecunię dimidium in ſingulos ſex menſes repræſentatur: niſi aliquando vberior taxa ratione penuriæ à ſuperiore præſcribatur.

Officiale & Miniſt.

Confeſſarius eſt R. P. N. ex faclutate conceſſa à Reuerendiſſ. Archiepiſcopo die 20. Aprilis 1591. cuius etiam conſenſu ſingulis annis illi ſoluuntur nummi aurei vigintiquinque.

Capellani ſunt duo, videlicet P. N. cum facultate Vicarij Generalis, die 17. Octob. 1592. & P. N. cũ eiuſdẽ facultate, die 4. Ianuarij 1593. Et vnicuiq; eorũ ſoluuntur libræ ducentum ſingulis annis.

Clericus eſt N. N. Acolytus, cui perſoluuntur libræ trigintaquatuor quolibet anno cum facultate Vicarij, die 5. Ianuarij 1593.

Deputati ſunt R. D. &c.

Magnifici D D. &c. arbitrio Reuerendiſſ. Archiepiſcopi. Et de deputatione facta die 2. Ianuarij 1590. conſtat in Cancellaria Archiepiſcopali.

Negotiorũ geſtor eſt N. cui ſoluuntur nummi aurei quinquaginta quolibet an.

Famuli ſunt N. N. & Ancilla vna, quorum ſingulis ſcuta duodecim in anno perſoluuntur, & omnes à ſuperiore probati ſunt.

Reditus, & exitus, vt in Indice.

Creditores, & debitores, vt in Indice.

Cætera omnia vt in Indicibus, & Inuentarijs. Huiuſmodi verò ſtatus generalis ex ijs quæ ipſemet Viſitator viderit, & ex pluribus fide dignis cognouerit, elici poteſt.

Dum autem Viſitator ſingulas alloquitur, ſtatum cuiuſcunque peculiarem, vt infra conficiat, atque deſcribat.

## CAPVT VI.

## Status peculiaris Monialium

Si Prioriſſa, vel Diſcreta, vel alias Abbatiſſa ſcribatur R.

REVER. M. D. Catharina N. Mediolanenſis fil. q. N. de N. & N. de N. iugalium annorum 45. Completorum die prima Iunij Choralis.

Ingreſſa, vt ait, ſpontè, & examinata fuit ad Capitulum à R. N. Ad habitum verò à R. N. &c.

Habitũ ſuſcepit die 20. Auguſti 1564. à R. D. N. Vicario; Abbatiſſa verò R. D. N. D. N. Alijs verò D. N.

Examinata ad profeſsionem à R. D. N.

Profeſſa coràm R. D. N. Abbatiſſa verò R. D. N. die 26. Aug. 1565. vt de receptione, & profeſsione cõſtat in libro ad hoc cõfecto, qui apud ſcribã aſſeruatur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eleemoſyna libr.3000.vt in eodem libro ſcriptum eſt.

Liuellum lib.40.ſingulis annis.

Ceſsionem omnium iuriũ ſuorũ patri, & fratribus fecit paulò ante ſuſceptionem habitus.

Bonæ valetudinis.

Frequentat Chorum die,ac nocte.

conuenit cum alijs in Refectorio, in alijsque locis, quando non retardatur ratione officij.

Confitetur peccata, & ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumit regulariter ſingulis feſtis,& ferijs ſextis: tẽpore verò Aduentus, & Septuageſimæ vſque ad Paſcha etiam ferijs quartis.

Scit comptè ſcribere,canere etiam,& organo pulſare,item computationes ſumere.

Eſt Abbatiſſa electa,& confirmata die 6.Iunij proximè præteriti.

Prius erat Præfecta Nouitiarum.

Quæ autem à Monialib. inquirenda ſint, ex ſtatu generali ſupraposito, & ex ijs,quæ de pœnis dicentur,elici poſſunt.

Et hæc de Viſitatione perſonali.

# CAPVT VII.

## De Viſitatione locali,ſeu Materiali.

VISITATIO localis vtilius regulariter fit paulò antequã auricularis, ſiue perſonalis abſoluatur. Sumptis ergo ſecum Viſitator, ſi Epiſ. ſit, duobus, vel tribus ex ſenioribus,licet etiam plures ſumere poſsit, dummodo tamẽ pauci ſint,& ſeniores: vel ſi Epiſcopus non ſit vno, vel duobus ſecundum qualitatẽ Monaſterij viſitandi,qui ſacerdotes ſint, ſi haberi poſsint,ætate, & grauitate maturi,Monaſterium ingrediatur:Et in primis ad Eccleſiã interiorem duabus ſaltẽ Monialibus ſenioribus, ſicut in reliquo Viſitationis,præcedentibus ſe conferat: & precibus ante SS. Sacramentũ factis, tabellam,in qua Monialium nomina deſcripta ſunt,legi faciat, ſingulis ad vocationem reſpõdentibus: Deinde ipſis benedicat,iubeatq́; omnes in Choro, vel in Eccl.perſiſtere,& orare: neminemq́; inde,donec Viſitatio abſoluta nõ erit, exire;niſi cum facultate illius, quæ ibi maior,& tunc Pręfecta erit,in caſu neceſsitatis. Deinde deſcripta Eccl. diligenter omnino, & ſingula loca viſitet, incipiẽdo ab ipſa ianua primaria, & à locis inferiorib. quæ omnia deſcribet, vt infrà: Videatque, ne vlla ſit, quæ aliquid propriũ,vel ſuperfluum,vel ſtatui ſuo minimè conueniens retineat. Et vbi tũc prouidere poteſt,ſicut etiã de alijs trãſgreſsionib. prouideat:alioquin illud ſcribat: ſcribiuè faciat: præcipuè autẽ quod ad clauſurã attinet: & hoc etiã in Monaſt. Regulariũ iuri, curæq́; ſubiectis,diligẽter, accurateq́; viſitet; loca ipſa introſpectet,atq́; ex ſuperiori etiã parte circũluſtret,& cautè,ſolerterque inſpiciat proſpectus omnes,aditus, & cætera deniq́; omnia, quæ ad clauſuram tuendam vllo quouis modo pertinent, maximè an talẽ habeat altitudinẽ, vt difficilè conſcẽdi poſsit:an muri ſint firmi,ſecuri,ac benè muniti; & an in illis vllũ ſit foramẽ, per quod Moniales aſpicere, vel inſpici queant; ſicut etiam de feneſtris. An Ianuæ, rotæ, & feneſtræ ſuperfluæ ſint, & an ad præſcriptum: Videat etiã an tecta ſint ſeparata, & omnino diſtincta:& ſingula deſcribat,vt infrà. Et quãtũ ad hoc, ſingulas etiam Moniales Regularibus ſubiectas interroget,ſi opus eſſe viderit,

S. Ant. d.c. 6.

Clem. 2.de ſtat. Monac. Greg. XIII. Cõſt. 25.

De-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deinde in Eccl. interiori breuem ſermonẽ habeat,ſecũdum ſtatum in Viſitatione repertũ: quo abſoluto, ſi aliqua ſit publicè corripienda, ipſam corripiat ,ac puniat, & benedictione impartita recedat.

# CAPVT VIII.

## Status Materialis deſcriptio.

MONASTERIVM S. N. conſtructũ, & dotatum à Comitiſſa N. anno 1485.cum conſenſu Ordinarij, vt publico Inſtrumento rogato per N. Notariũ, & Cancellarium Archiepiſcopalem ſub die 3. Ianuarij 1485. & in libro antiquo Monaſterij.

Dos, qua dotatum fuit, eſt ſcutorum 15000. in bonis ſtabilibus ſitis in territorijs Roſati,& Meltij, vt cõſtat ex Inſtrumento, & libro.

Loca requiſita ſunt, vt infra.

Eccleſia exterior vnica naue conſtãs, fornicata, & ſatis dacenter constructa, & ornata.

Conſecrata à Reuerendiſsimo N. Archiepiſcopo die 6. Iunij 1555. vt conſtat lapide marmoreo in ipſius Eccl.pariete.

Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramẽtum aſsiduè ibi in Tabernaculo decenti aſſeruatur ; ante quod lampas iugiter ardet, ſcilicet in Eccleſia interiori, in exteriori autẽ,quãdo fores apertę sũt.

Sacrum oleum pro ægrotis in feneſtella ad præſcriptum decenter quoque aſſeruatur.

Vnicum adeſt altare ad formam pręſcriptam,quod etiam cõſecratum eſt,vt ſuprà, ſine aliquo peculiari onere.

Imagines ſacræ ſunt comptæ, & veritati conſonæ.

Alia autem ad Eccleſiam exteriorem ſpectantia ponantur, vt ſuprà in Viſitatione Materiali de Eccleſia.

Eccleſia etiam interior ſatis pulchra, & ampla cum Choro, & ſedilibus perpolitis pro ſexaginta Monialibus.

Feneſtræ omnes, & clathra ſunt ad præſcriptum.

Item Rota cum valuis, ſera, & claue.

Sacriſtia decens à parte Aquilonarij, cum ſuppellectili,vt in Indice.

Cœmeterium propè Sacriſtiam cum duabus ſepulturis,vna pro Velatis,altera pro Conuerſis.

Ianua communis è duplici aſſere ſatis firmo conſtat; in illaq; nulla rimula patet.Limen è ſolido lapide eſt,& ipſi portæ ſtrictim cohęreſcit. Feneſtellula clathrata eſt ad præſcriptum: & claues duę ſunt diuerſi operis.

In ingreſſu eſt atrium,in cuius medio eſt fons aquæ ſatis abundãs pro vſu Monialium. Et clauſtrum cum columnis decem, & octo è ſolido lapide.

Locus collocutionis vnus eſt in Monaſt. licèt duo exteriores ſint cum clathris,lamina,feneſtellula cum claue,& vecte,& pãno lineo, atq; valuis ad præſcriptum: Eius oſtiũ,etiã vecte,& claue clauditur.

Refectorium amplum, longum videlicet cub.... latũ verò cub.... ſatis pulchrum,cum menſis, ſedilibus, ſuggeſtu, ſeu lectorili ex nuce: Et in capite ipſius repræſentatur Cœna Domini noſtri pictura ſatis eleganti.

Vrceoli,paterę,patinæ,& alia huiuſmodi vniformia ſunt.

Propè ipſum Refectoriũ eſt coquina ſatis commoda,& benè instructa longa cub.... lata verò..... cum camino, & cum furnulo,cumq; duob.abacis.Patinę

autē, & alia ſunt ſigillo Monaſt. ſignata.

Coquinæ cella penaria adhæret, quæ longa eſt cub ....... lata verò .... & in ea pariter ſunt abaci duo, cum clauibus & vectibus & plura vaſa. Penus eſt magna copia, non tamen vltra vſum Monialium.

In eodem clauſtro ſequitur officina Aromataria, quæ ampla eſt, & etiam ſatis inſtructa; Et quę illi præfecta eſt, omnia, quæ neceſſaria, opportunaue ſunt, in varijs libris deſcribit.

Deinde eſt locus, ſiue potius loca pro ægrotis. Eſt enim locus vnus amplus, longus cub... & latus ... qui illis, quæ non admodum grauiter laborant, inſeruit. Et in loco hoc dicitur officium diuinum; & nocte lampas ardet. Alius etiam eſt longus cub.... latus verò .... pro illis, quæ grauiter laborant.

Alius ſequitur in eodem clauſtro locus, qui etiā ægrotis inſeruit; ibi enim caleſiunt, dapesque earum coquuntur.

Poſtremò eſt ſcala, per quam deſcenditur ad cellam vinariam, quæ ampla eſt; & in ea ſunt dolia ſexdecim magna, quæ ſingula continent triginta cados; & viginti parua, quorum quædam quatuor, & alia ſex cados continent.

Hortus nimis amplè patet: eſt enim circiter perticas ..... & quotidiana hominum opera eget.

Et hoc in pacto reliqua etiā loca deſcribantur. Et aduertatur an caminus extructus ſit in priuatis cellis; An horreum, & locus in quo farina conſeruatur, duabus clauibus diuerſis obſerentur: An in loco, in quo cōfeſsiones audiuntur, rota ſit parua. Et hæc ſufficit indicaſſe quoad deſcriptionem Monaſterij.

Et notandum eſt, quòd vbi obeliſco ſiue aſteriſco * ſignatum eſt, ibi conficiendum eſt decretum.

# CAPVT IX.

## Quæ à Viſitatore potiſſimum præſtanda poſt Viſitationem, maximè in correctione facienda.

CONFERAT Viſitator deinde indices, & inuentaria: atque diligenter videat, an prouentus percepti pro Monialium vſu, anno illo ſufficiant, an ſuperſint. Et præſcribat quātum tritici, vini obſonij, & aliarum rerum ad vniuerſarij victus ſuſtentationem ſatis eſſe exiſtimarit.

Videat etiā, an quæ à parentibus, aliiſnè nomine liuelli debentur, perſoluantur, & cui: & omnia deſcribi curet. Poſtremò decreta conficiat, præcipuè circa ſubſtantialia religionis, communem victū, & veſtitum, clauſurā, cultum diuinū, charitatem, pacem, & concordiam, & circa vitandū otiū, frequentes acceſſus, & ſuperfluas expenſas, & aſpectus vicinorum remouendos; pœnas etiā legitimas iniungēdo. Et poſtea diligenter curet vt ipſa decreta executioni mandētur. Gl. in c. ad reatū, diſt. 81. Fuſch. l. 2. c. 18. num. 50.

Pœnæ autem præſcriptę ſunt, vt infra.

Pręfecta, & alię Moniales, quę Eccleſiaſticos, aut laicos homines quauis cauſa, prętextuuê intra Monaſterij ſepta abſque Epiſcopi conceſſu literis conſignato, ingredi permiſerint, ipſo facto excōmunica- Greg. XIII.

conſt.36.

municationis pœnam ſubeunt, à qua abſolui non poſſunt, niſi à ſummo Pontifice, præterquàm in articulo mortis: & etiam alijs pœnis plectendæ ſunt.

Concil. Prou. 1.

Conc. Prou.4. eod.

Præfecta, ſi fuerit negligens in diſpẽſatione, adminiſtrationeuè præſcripta, ab officij ſui munere ſuſpendenda eſt.

Conc. Prou. 1. eod.

Præfecta permittens pernoctare marem, fœminamuè cuiuſuis generis, etiã ſi ipſis Monialibus inſeruiret, vltra excommunicationem latæ ſententiæ, punienda eſt arbitrio ſuperioris.

Concil. Prou. 1. eod.

Præfecta permittens puellas foris degentes artem aliquam à Moniali etiam ad feneſtellam doceri, ſemeſtri adminiſtrandi officio priuanda eſt.

Concil. Prou. 1. eod.

Præfecta habens pecuniam, gemmas, veſtes, & huiuſmodi, aut vaſa florum, aut fructuum, depoſiti, ſeu cuſtodiæ nomine, officio; cæteræ autem velo priuandæ ſunt

Concil. Prou. 1. eod. de præl. ad relig.

Prçfecta, ſi culpa, aut negligẽtia eius aliqua ad religionẽ, vel ad profeſsionẽ minus legitimè admiſſa fuerit, ab officij adminiſtratione ſubmota; velo etiã ad ſex menſes eo ipſo priuata eſſe intelligitur.

Concil. Prou. 5. eod.

Et ſi non præuio examine, ſeuerè punienda eſt.

Concil. Trid. ſeſſ. 5. de regul. cap. 17.

Præfecta, ſi neglexerit ſignificare Epiſcopo, quo tempore Nouitia profeſſura ſit, ab eius officio tamdiu amouenda eſt, quoad Epiſcopo videbitur.

Concil. Prou. 1. eod. de clauſ.

Præfecta permittens ali boues, equos, & iumẽta cuiuſuis generis in ſeptis Monaſterij, tres menſes ab officij ſui munere amouenda eſt.

Si aliqua Monialis fornicationem, ſtuprumuè commiſerit, in arctius Monaſterium detrudenda eſt; vt orationibus, & ieiunijs intẽta, ſic pænitẽdo proficiat; & metuẽdũ cæteris arctioris diſciplinæ prçſtet exemplũ. Quod intelligitur, quãdo Monaſteriũ negligẽtiç arguitur: aliàs in ſuo Monaſterio arctius detrudi debet.

c. ſi qua Monachorum, 17. q. 1. gl. in d. c. ſi qua.

proprietaria voce actiua, & paſsiua biennio priuanda eſt.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 2.

Item alijs pœnis ſecundum regulam, & conſtitutiones Monaſterij punienda eſt. præcipuè, quæ nummos etiam modicos, niſi ratione officij, habuerit; licet de conſenſu Præfectæ, quæ eo caſu eadem pœna punienda eſt; ſicut etiã Monialis, quæ id ſciuerit, nec bidui ſpatio Præfectç, vel, ſi ipſa in culpa fuerit, & ſuperiori non denunciauerit. Maximè aũt puniẽda eſt illa quç furtim aliquid vendicauerit.

Concil. Prou. 4. eod.

Vendẽti, vel in Eleemoſynã largienti eſculenta, veſtes, & alia etiã ad propriũ vſum attributa, vel etiã leganti velũ per menſem adimendum eſt; & ter verberibus ad diſciplinam ſe affligere cogatur.

Concil. Prou. 1. eod.

Niſi ex ſuperioris facultate aliquid religionis cauſa, vel aliud exiguum parentibus alijſque merentibus donetur.

Recuſans pœnitentiam pertinaciter, terrã ante pedes Monialium oſculari, & ſibi flagella nomine diſciplinæ adhibere debet.

Superbè autem, vel iniurioſè ſuperiori reſpondens à Diſcretis ad ſuperiorem deferẽda eſt: aliàs ipſæ diſciplinã ſibi adhibere, & humi cibũ capere cogẽdç ſunt.

Concil. Prou. 1. eod.

Recuſans officium ſibi à ſuperiore delatum, voce actiua, & paſsiua ſuperioris arbitrio priuanda eſt.

Incorrigibilis in arctius Monaſteriũ detrudenda eſt: quando videlicet Monaſterium negligentiæ arguitur.

Pet. pau. 4. c. 23. gl. in c. ſi qua.

Concil. Prou. 1. eod.

Introducens abſque facultate legitima aliquã perſonã in Monaſteriũ cuiuſcunq; ætatis, & conditionis, etiã matrẽ, vel ſororem, vltra excommunicationẽ, in quam ipſo facto incurrit tribus menſibus in carcerem concludi, atque ſextis ferijs pane, & aqua tantum ieiunare cogitur, & per annum illi velum adimitur.

Eadem pœna puniendæ ſunt Præpoſitæ Ianuæ, Rotæ, & præfecta, & etiam

quæcun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæcunque alia conſenſerit.

Concil. Prou. 1. eod. de clauſ.

Loquens cum externo abſq; facultate legitima priuatur triũ menſiũ facultate loquẽdi cùm cæteris externis omnibus, etiã propinquis: & eo tempore ſingulis ſextis ferijs flagella nomine diſciplinæ publicæ ſibi adhibere debet dicendo pſalmum, Miſerere mei Deus.

Concil. Prou. 6. eod.

Alia pœna eſt, vt prima vice priuetur biennio voce actiua, & paſsiua; ſecunda arbitrio Epiſcopi; tertia eſt excommunicata ipſo facto.

Scribens, aut literas ſibi miſſas legens inſcia ſuperiore, per duos menſes è cella ſua pedem efferre non debet;& ſingulis ſextis ferijs pane, & aqua tantum veſci cogenda eſt; niſi ad ſuperiorẽ ſcripſerit. Et ſi aliqua criminis ſuſpicio fuerit, etiam ſex menſes facultate loquendi ad feneſtellam collocutorij, & velo priuanda eſt.

Concil. Prou. 1. eod.

Accedens ad Ianuã quando aperitur, vel ad aſpiciendum, vel ad loquendum, præcluditur in cellã arbitrio ſuperioris.

Eadem pœna plectenda eſt Præfecta ianuæ, quæ id permiſerit, vel ad ſuperiorem non detulerit.

Concil. Prou. 1. eod.

Auſcultatrices officio ſuo minimè fungentes grauiſsima pœna puniantur arbitrio ſuperioris.

Concil. Prou. 1. eod. de diui. off.

Verſans in Eccleſia minus religioſè, vel aliquid faciens contra ea, quæ illis de diuinis officijs præſcripta ſunt, acriter pro modo culpæ arbitrio Præfectæ punienda eſt.

Ambiens honorẽ, vel officiũ, priuatur officio, ſi ipſum conſecuta erit, & trib. ſextis ferijs ante pedes Monialium deoſculari, ambitionemq́ue ſuam accuſante cogenda eſt.

Concil. Prou. 1. eod.

Etiamſi indirectè, vel per aliam requiſiuiſſet honorem, vel officium.

Et eadem pœna etiam fautrices afficiendæ ſunt.

Collegij Soc. IESV Paderb. 1669

Conc. Prou. 1. eod.

Violans Charitatem àcerrimè à Præfecta vel à ſuperiore punienda eſt, ſiue id re, ſiue verbo fiat.

Concil. Prou. 1. eod.

Obijciens delicta ſuperioris temporis malo animo terram ante pedes Monialium oſculari, & ſibi flagella nomine diſciplinæ adhibere compellenda eſt.

Concil. Prou. 1. eod.

Tradens calculum in manum alterius in capitulo, voce actiua, & paſsiua arbitrio ſuperioris priuatur.

Concil. Prou. 1. eod.

Erudiens Nouitias, cùm ad ipſam non pertineat, pœna priuationis ſuffragij actiui, & paſsiui punitur.

Concil. Prou. 1. eod.

Quæ bona Monaſterij perperam perdiderit, acerrimè arbitrio ſuperioris punitur.

Concil. Prou. 1. eod.

Ad refectorium non accedens tempore debito, vel ſuo loco non ſedens, vel recedens ante gratiarum actiones obſonio vnius diei priuatur; atque in menſa in poſtremo loco diſcumbere debet.

Concil. Prou. 1. eod.

Accipiens aliquid elaborandum priuatim punitur diſciplina in loco, in quo Moniales in operibus elaborandis exercentur.

Concil. Prou. 1. eod.

Non conueniens cum alijs ad laborandũ obſonio illius temporis priuatur.

Concil. Prou. 1. eod.

Habens ſpeculũ, catellũ, vnguẽta, ſuffimẽta, & alia huiuſmodi acriter punitur.

Concil. Prou. 1. eod.

Offulas, & alia huius generis conficiens cauſa donandi, vel vendendi arbitrio ſuperioris punitur.

Decretis autem confectis, atque publicatis ipſa in librum à ſcriba referri mandet. Abbatiſſæ verò, & Diſcretis iubeat, vt ſingulis menſibus, donec executioni mandata fuerint, Reuerendiſſ. Archiepiſcopo, vel ſibi, quid executum fuerit, & ſi qua in executione difficultas fuerit, ſcribãt, pœna arbitraria impoſita.

Et hæc ad Dei Omnipotentis, atque Beatiſsimæ Virginis laudem, &c.

FINIS.